

Numeri

crit in tribu leui: et una h̄ga cunctas eoz famili
as cōtinebit. ponesq; eas i tabnaculo feder] co
rā testimonio vbi loqr ad te. **Quē** ex his elegero
germinabit h̄ga ei? et cohibebo a me q̄rimonias
filioz isrl. quib? s̄ vos murmurāt. Locutusq; ē
moyses ad filios israel. et dederūt ei oēs p̄ncipes
h̄gas p̄ singulas tribus. Fueruntq; h̄ge duode
cim absq; virga aaron. Quas cū posuisset moy
ses corā dño in tabernaculo testimonij sequenti
die regressus iuenit germinasse h̄gā aaron i do
mo leui. et turgentib? gēmis eruperāt flores qui
folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt.
Protulit ergo moyses oēs h̄gas d̄ p̄spectu dñi
ad cūctos filios isrl. viderūtq; et recepunt singuli
h̄gas suas. Dixitq; dñs ad moysen. Refer h̄gā
aaron in tabnaculū testimonij vt fuerūt ibi in sig
gnū rebellū filioz isrl. et q̄scāt q̄rele eoz a me
ne moriant. **Secitq;** moyses sic p̄cepit dñs. **Di**
xerūt autē filij isrl ad moysen. **Ecce** p̄supti sum?
oēs p̄ibim? **Quicūq;** accedit ad tabnaculū dñi
moriē. **Nū** vsq; ad infinitionē cūcti delēdi sum?
L.S. De dignitate aaron et excubijs leuitarū
p̄mitie sacerdotib? decime leuitis assignātur et
reddūt leuite decimā decime aaron. **XVIII.**

Dixitq; dñs ad aaron. **Tu** et filij tui et do
mus p̄ris tui tecū portabitis iniquitatē
sc̄tūarij et tu et filij tui simul sustinebitis
p̄ctā sacerdotij v̄ri. **Sed** et fr̄es tuos de tribu le
ui. et scepro p̄ris tui sume tecū. p̄stoq; sint et mi
nistrēt tibi. **Tu** autē et filij tui ministrabitis i tab
naculo testimonij. **Excubabūtq;** leuite ad p̄ce
pta tua et ad cūcta opa tabnaculi. ita dūtārat vt
ad vasa sc̄tūarij et altare nō accedāt. ne et illi mo
riant. et vos peatis sil. **Sint** autē tecū et excubēt
in custodijs tabnaculi. et in oib? cerimonijs ei?
Alienigena nō miscbit vob. **Excubate** in custo
dia sc̄tūarij et in ministerio altaris. ne oriatur in
dignatio sup filios isrl. **Ego** dedi vobis fratres
vestros leuitas de medio filioz israel. et tradidi
donū dño vt fūiāt in ministerio tabnaculi ei?
Tu autē et filij tui custodite sacerdotiū vestrū et
oīa q̄ ad cultū altaris p̄tinēt et intra velū sunt. p̄
sacerdotes āministrabunt. **Si** q̄s extern? accessē
rit: occidet. **Locutusq;** ē dñs ad aaron. **Ecce** de
di tibi custodiā p̄mitiarū mearum. **Dia** q̄ sancti
ficātur a filijs isrl tibi tradidi et filijs tuis p̄ of
ficio sacerdotali legitima sempiterna. **Hec** ergo
accipies de his q̄ sc̄tificātur et oblata sunt dño
Dis oblatio et sacrificium et q̄cqd p̄ p̄ctō atq;
delicto reddīt tibi. et cedit in sc̄tā sc̄tozū. tuum
erit et filiozū tuozum. **In** sc̄tūario comedes il
lud. **Mares** tñ edent ex eo. qz cōsecratum ē dño
Primitias autē quas vouerint et obtulerint fi
lij isrl. tibi dedi et filijs tuis ac filiabus tuis iu
re p̄petuo. **Qui** mundus est in domo tua vescef

eis. **Dēm** medullā olei et vini ac frumētū q̄cqd
offerunt p̄mitiarum dño tibi dedi. **Uniuersa** fru
gum initia q̄ gignit hum? et dño deportātur ce
dent in vsus tuos. **Qui** mūdus est in domo tua
vescetur eis. **Omne** qd ex voto reddiderint filij
isrl: tuū erit. **Quicqd** p̄mū erumpet e vulua cun
cte carnis quā offerunt dño sine ex hoibus siue
de pecoribus fuerit: tui iuris erit. ita duntaxat vt
p̄ hoīs p̄mogenito p̄cium accipias. et omne aial
qd imundus est redimi facias. cui? redēptio erit
post vnum mēsem. siclis argenti q̄nq; pondere
sc̄tūarij. **Siclus** viginti obolos h̄z. **Primo**ge
nitum autē bouis et ouis et capre nō facies red
diti. qz sc̄tificata sunt dño. **Sanguinem** tñ co
rum fundes super altare. et adipēs adolebis in
suauissimum odorē dño. **Carnes** v̄o in vsum tu
um cedēt sicut pectusculum p̄secratum et arm?
dexter tua erunt. **Dēs** p̄mitias sc̄tūarij q̄s offerūt
filij isrl dño tibi dedi et filijs ac filiabus tuis iure
p̄petuo. **Factum** salis ē sempiternum corā dño
tibi ac filijs tuis. **Dixitq;** dñs ad aarō. **In** tra
eozuz nihil possidebitis nec hēbitis p̄tē int̄ eos
Ego ps et hereditas tua i medio filiozuz isrl. **Fi**
lij autē leui dedi oēs decimas isrlis in possessi
onē p̄ misterio q̄ fūiunt mihi in tabnaculo fede
ris vt nō accedāt vltra filij isrl ad tabnaculum
nec cōmutā p̄ctm mortiferum solis filij leui mi
hi in tabnaculo fūientib? et portātib? p̄ctā p̄pli
Legitimum sempiternum erit in ḡnatiōibus v̄ris
Nihil aliud possidebunt. decimarum oblatōe cō
tenti q̄s in vsus eozum et necessaria sepau. **Lo**
cutusq; ē dñs ad moysen dicēs. **Præcipe** leuit
atq; denuncia. **Tuz** accepitis a filijs israel deci
mas q̄s dedi vob. **p̄mitias** eozum offerite dño id
est decimā p̄tē decime vt reputet vob i oblatio
nē p̄mitiozuz tā de arcis q̄ de torcularibus et
vniuersis q̄rum accipitis p̄mitias offerre dño:
et date ea aaron sacerdoti. **Dia** q̄ offeretis ex de
cimis et i donaria dñi sepabitis optia et electa
erunt cūcta **Dicesq;** ad eos. **Si** p̄clara et melio
ra queq; obtuleritis ex decimis. reputabit vob
q̄si de area et torculari dederit p̄mitias et come
detis eas in oibus locis v̄ris tā vos q̄ familie
vestre. qz p̄cium est p̄ ministerio quo seruitis in
tabernaculo testimonij. et non peccabitis super
hoc egregia vob et pingua refuātes ne pollua
tis oblationes filiozū isrl et moriamini.

L.S. De vitula rufa. de moriēte in taberna
culo. de vase nō h̄nte operculū. de tāgente cada
uer hoīs. de aīa expiatiōis. **Ca. XIX**

Ucutusq; est domin? ad moysen et aa
ron dicēs. **Ista** est religio victime quaz
constituit dominius. **Præcipue** filijs isrl
vt adducant ad te vaccaz rufam etatis integre
in qua nulla fit macula. nec portauerit iugum

E

8. iij. g
Exo. xxx. b
Leui. xxvij. c
Ezech. xlv. d

Deu. xvij. s

D
Deu. xvij. a

A

Debre. xij. b

Debre. ij. b tradescq; eam eleazaro sacerdoti. Qui educta ex castra imolabit in p̄spectu oim. ⁊ tinges digitū in sanguine eius aspget ⁊ fores tabernaculi septē vicib⁹: cōburetq; eā cūctis vidētib⁹ tā pelle ⁊ carnib⁹ ei⁹ q̄ sanguie ⁊ fimo flāme traditis Lignū q̄ cedrinū ⁊ hysopū coccūq; bis tinctū sacerdos mittet in flāmā q̄ vaccā vorat. Et tunc demū lotis vestib⁹ ⁊ corpore suo ingredietur castra: cōmaculatusq; erit vsq; ad vesper. Sed et ille q̄ cōbuserit eā lauabit vestimēta sua ⁊ corp⁹ ⁊ imūdus erit vsq; ad vesper. Colliget autē vir mūdus cineres vacce. ⁊ effundet eos extra castra in loco purissimo vt sint multitudini filiorū isrl in custodiā ⁊ in aquā asp̄siōis. qz p̄ peccato vacca cōbusta est. Cūq; lauerit q̄ vacce portauerat cineres vestimēta sua: imūdus erit vsq; ad vesper. Habebūt h̄ filij isrl ⁊ aduene q̄ habitant inter eos sanctum iure p̄petuo. Qui tetigerit cadauer hois. ⁊ p̄pter h̄ septē dieb⁹ fuerit imūd⁹: aspergetur ex hac aqua die tertio ⁊ septimo ⁊ sic mūdabitur. Si die tertio asp̄sus nō fuerit: septimo nō poterit emūdari. Ois q̄ tetigerit humāe aie morticinū. ⁊ asp̄sus hac cōmixtiōe nō fuerit polluet tabernaculū dñi ⁊ p̄bit ex isrl. qz aq̄ exp̄piatiōis nō est asp̄sus: imūdus erit ⁊ manebit spurcitia eius sup eū. Ista est lex hois qui morit̄ in tabernaculo. Dēs q̄ ingrediunt̄ tentoriū illi⁹ ⁊ vniuersa vasa que ibi sunt polluta erūt septē diebus. Vas qd̄ nō habuerit operculū nec ligaturā desup: imūdū erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hois aut p̄ se mortui siue os illius vel sepulchri: imūdus erit septē diebus. Tollentq; de cineribus cōbustiōis atq; peccati ⁊ mittent aquas viuas sup cos in vas. in q̄bus cū hō mūd⁹ tingerit hysopū asp̄get ex eo oē tentoriū ⁊ cunctā supellectilē. ⁊ hoies huiuscemodi cōtagiōe pollutos. Atq; h̄ modo mūdus lustrabit imūdū tertio ⁊ septio die. exp̄piatusq; die septimo lauabit ⁊ se ⁊ vestimenta sua. ⁊ imūd⁹ erit vsq; ad vesperum. Si quis hoc ritu nō fuerit exp̄piatus. peribit aia illius de medio ecclesie qz sanctuarium dñi polluit ⁊ nō est aqua lustrationis aspersus. Er̄it hoc p̄ceptum legitimū semperiternū. Ipse q̄ qui aspergit aquas lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas exp̄piationis. imūdus erit vsq; ad vesper. Quicquid tetigerit imūdus: imūdū faciet ⁊ anima que horum quippiam tetigerit: immūda erit vsq; ad vesperum.

Ca. XX
De morte marie ⁊ aliquid p̄dictōis ⁊ nuncijs ad edom ⁊ morte aaron in monte hoz ⁊ sub mutatione eleazari: loco ei⁹ ⁊ fletu populi pro aaron.

Uenerūtq; filij isrl ⁊ ois multitudo ī deserto syn mense p̄mo. ⁊ māsit p̄pls in ca-

des. Mortuq; est ibi maria ⁊ sepulta in eodem loco. Cūq; indigeret aqua p̄pls p̄uenit aduersum moysen ⁊ aaron. ⁊ v̄si in seditionē dixerūt. Utinā p̄ssemus int̄ fratres n̄ros corā dño. Cur eduxistis ecclesiā dñi ī solitudinē vt ⁊ nos et nostra iumēta moriamur? Quare nos fecistis ascēdere de egypto. ⁊ eduxistis in locū istū pessimū q̄ scri nō p̄t. q̄ nec ficum gignit nec vineas nec malogranata. insup ⁊ aquā nō h̄z ad bibendū? Ingressusq; moyses ⁊ aaron dimissa multitudine in tabernaculū federis: corruerūt p̄ni in trā: clamaueruntq; ad dñm atq; dixerunt. Dñe de⁹ audi clamorē huius p̄pli. et aperi eis thesaurū tuum fontē aque viue vt satiati cesset murmuratione eoz. Et apparuit gloria dñi sup eos. Locutusq; est dñs ad moysen dicens. Tolle virgam ⁊ congrega populū tu et aaron frater tuus et loquimini ad petram corā eis. et illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā de petra: bibet ois multitudo et iumēta ei⁹. Tulit igit̄ moyses virgā que erat in cōspectu dñi sicut p̄ceperat ei. cōgregata multitudine ante petrā: dixitq; eis Audite rebelles et increduli. Num de petra hac vobis aquas poterimus eijcere? Cūq; eleuasset moyses manum percutiens virga bis silicē: egressē sunt aq̄ largissime: ita vt populus biberet et iumēta. Dixitq; dñs ad moysen et aaron. Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis israel. nō introductis hos p̄plos in terrā quam dabo eis. Nec est aqua cōtradictiōis vbi iurgati sunt filij israel cōtra dñm. ⁊ sc̄ificat⁹ est in eis. Misit interea nuncios moyses de cades ad regē edom q̄ dicerēt. Nec mādat frater tuus israel. Nosti oēm laborē qui app̄hendit nos: quō descēderint p̄res n̄ri in egyptū. et habitauerim⁹ ibi multo tpe. afflixerintq; nos egyptij et p̄res nostros. et quō clamauerimus ad dñm et exaudierit nos: miseritq; angelū q̄ eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades q̄ est in extremis fimb⁹ tuis positi: obsecram⁹ vt nobis trāsire liceat p̄ terrā tuā. Nō ibim⁹ p̄ agros nec p̄ vineas: nō bibem⁹ aquas de puteis tuis. sed gradiemur via publica nec ad dexterā nec ad sinistrā declinantes donec trāseamus terminos tuos. Cui r̄ndit edom. Nō trāsibis per me. Alioquin armat⁹ occurrā tibi. Dixeruntq; filij israel. Per tritā gradiemur viā. et si biberimus aquas tuas nos et pecora nostra dabimus quod iustum est. Nulla erit in p̄cio difficultas. tm̄ velociter trāseamus. At ille respōdit. Nō trāsibitis. Statioq; egressus est obuius cum infinita multitudine et manu forti nec voluit acquiescere deprecāti vt concederet transitum p̄ fines suos. Quāobrem diuertit ab eo israel. Cūq; castra mouissent de cades venerunt in mōtē hoz qui est in finibus terre edō,

Numeri

ubi locutus est dñs ad moysen dicens. Pergat inquit aaron ad pplos suos. Nō enī intrabit terram quam dedi filiis isrl. eo q̄ incredulus fuerit ori meo ad aquas p̄tradictionis. Tolle aaron et filiū eius cū eo. et duces eos in montē hoz. Cūq̄ nudaueris veste sua. indues ea eleazarū filiū eius. et aaron colligetur et morietur ibi. Fecit moyses vt p̄cepit dñs: et ascenderunt in montē hoz corā omī multitudine. Cūq̄ aaron spoliasset vestib⁹ suis: induit eis eleazarū filiū ei⁹. Illo mortuo in montis sup̄cilio descēdit cū eleazarō. Omnis autē multitudo videns occubuisse aaron. fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

L.S. De victoria post votū p̄tra regē chanaanoy. et serpētib⁹ encis. et transitu arnon. de puteo. de victoria seon et og regū. **Ca. XXI**

Quod cū audisset chanane⁹ rex arad qui habitabat ad meridies venisse scz israel per exploratorū viā pugnauit cōtra illuz et victor existēs duxit ex eo p̄dā. At israel voto se dño obligās ait. Si tradideri pplm istū in manu mea delebo vrbes ei⁹. Exaudiuitq̄ dñs preces isrl et tradidit chananeū: quem ille interfecit subuersis vrbib⁹ ei⁹: et vocauit nomē loci illius hoz ma. i. anathema. Profecti sunt autē de mōte hoz p̄ viā q̄ ducit ad mare rubrū vt circūirēt terram edom. Et tedere cepit pplm itineris ac laboris locutusq̄ p̄tra dñm et moyses ait. Cur eduxisti nos de egypto. vt moreremur i solitudine: Decst panis non sunt aq̄. aia nra iaz nauseat sup̄ cibo isto lenissimo. Quāobzē misit dñs in pplm ignitos serpētes: ad q̄z plagas et mortes plimoz venērūt ad moysen atq̄ dixerūt. Peccauimus qz locuti sum⁹ p̄tra dñm et te. Ora vt tollet a nobis sp̄pētes. Orauit moyses p̄ pplo. Et locut⁹ ē dñs ad eū. Fac serpentē encū et pone eum pro signo. Qui p̄cussus aspexerit eū uiuet. Fecit g⁹ moyses serpentē encū et posuit eū p̄ signo. Quē cū p̄cussus aspicerēt sanabant. Profectiq̄ filij israel castrametati sunt in oboth. Vñ egressi fixere tētoria in ieabarim i solitudine q̄ respicit moab cōtra orientālē plagā. et inde mouētes venerūt ad torrentē zareth. Quē relinquētes castrametati sunt cōtra arnon q̄ est in deserto et p̄minet i finib⁹ ammorrei. Siquidē arnon termin⁹ est moab: diuidens moabitas et amorreos. Vñ dicit in libro belozū dñi. Sicut fecit in mari rubro: sic faciet i torrentib⁹ arnon. Scopuli torrentiū inclinati sunt vt req̄scerēt in arnon. et recūberēt in finib⁹ moabitārū. Ex eo loco apparuit pute⁹ sup̄ q̄ locut⁹ est dñs ad moysen. Cōgrega pplm et dabo ei aquā. Tūc cecit isrl carnē istud. Ascēdat pute⁹: cōcinebāt. pute⁹ quē foderūt principes et pauerūt duces multitudinis in dato: et legj et i baculis suis

Profectiq̄ sunt de solitudine mathana. De mathana in nabaliel. De nabaliel in bamoth. Bamoth vallis est in regiōe moab in stice phasga qd̄ respicit cōtra desertū. Misit autē isrl nuncios ad seon regē amorreoy dicēs. Obsecro vt trāsi re mihi liceat p̄ terrā tuā. Nō declinabimus i agros et vineas. nō bibem⁹ aqs ex puteis. Vía regia gradiemur: donec trāscam⁹ terminos tuos. Qui cōcedere noluit vt trāsi ret isrl p̄ fines suos q̄n pot⁹ exercitu cōgregato egressus ē obuiā in desertū et venit in iasa: pugnauitq̄ cōtra eū. A q̄ percussus est i ore gladij. et possessa est terra ei⁹ ab arnon vsq̄ ieboc et filios ammon: qz forti p̄sidio tenebantur termini ammonitarum. Tulit ergo israel oēs ciuitates eius. et habitauit in vrbus ammorrei. in esebon. scz et viculis ei⁹. Vrbs esebon fuit seon regis amorei. qui pugnauit contra regem moab. et tulit omnem terraz que ditio nis illius fuerat vsq̄ arnon. Idcirco dicit in puerbio. Venite in esebon: edificetur et cōstruatur ciuitas seon. Ignis egressus est de esebon. flāma de oppido seon. et deuorauit arnon moabitārū et habitatores excelsorum arnon. Ne tibi moab peristi popule chamos. Dedi filios eius i fugā et filias in captiuitatē regi amorreoy seon. Iugū ipoz disperijt ab esebon vsq̄ ad dibon: lassiperuenerūt in iophe et vsq̄ madaba. Habitauitq̄ isrl in terra amorreici. Misit itaq̄ moyses q̄ exploraret iazer. Cui⁹ ceperunt viculos et possiderūt habitatores. Verterūtq̄ se et ascenderūt per viam basan: et occurrit eis og rex basan cū omī populo suo pugnatur⁹ i edrai. Dixitq̄ domin⁹ ad moysen. Ne timeas eū: quia in manu tua tradidi illum et omnem populum ac terraz eius: faciesq̄ illi sicut fecisti seon regi amorreoy habitatori esebon. Percusserūt igit⁹ et hunc euz filijs suis. et vniuersumq̄ populū eius vsq̄ ad interitionem: et possiderunt terram illius.

L.S. Balac mittit ad balaam vt veniat ad maledicendum populo semel et secundo. dominus primo prohibet. secundo permittit ire in viā angelus obuiat. asina loquitur. Balaam reprehenditur et docetur. Balacci occurrit et mittit ei munera. **Ca. XXII**

Profectiq̄ castrametati sunt in campibus moab: vbi transiordanem hiericho sita est. Videns autē balac filius sephor omnia que fecerat israel ammorreo et q̄ p̄timuissent eum moabite et impetum eius ferre non possent: dixit ad maiores natu madian. Ita delebit hic populus omnes qui i nostris finib⁹ commorantur: quomodo solet bos herbas vsq̄ ad radices capere. Ipse autem erat eo tpe rex in moab. Misit ergo nuncios ad balaaz filiū beozariolum qui habitabat sup̄ flumen terre filiozuz

Ar. b
Deute. ij. e
i. macha. ij. f

Deuce. ij. a
et. xij.

Job. xiiij. b

Numeri

Bāmon. vt vocaret eū & diceret. Ecce egressus est
ppl̄s ex egypto q̄ operuit sup̄ficiē t̄re sedens p̄
me. Veni igit̄ & maledic pp̄lo huic q̄ fortior me
ē. si quō possim pcutere & eicere eū de t̄ra mea.
Noni em̄ q̄ b̄ndict̄ sit cui b̄ndixer̄. & maledict̄ i
quē maledicta p̄gnosceris. **P**errexerūtq; senio
res moab & maiores natu madiā h̄ntes diuina
tiōis p̄ciū i manib̄. **L**ūq; venissent ad balaā. et
narrassent ei oia v̄ba balac. ille r̄ndit. Manete
h̄ nocte. & r̄ndebo q̄cqd̄ mihi dixerit d̄ns. **Q**ua
uētib̄ aut̄ illis ap̄d balaā. venit de⁹. & ait ad eū
Quid sibi volūt hoies isti ap̄d te? **R**ndit. **B**a
Elac filius sephoz. Rex moabitay misit ad me di
cēs. Ecce ppl̄s q̄ egressus ē de egypto opuit su
p̄ficiē terre. veni & maledic ei. si quō possim pu
gnās abigere eū. **D**ixitq; de⁹ ad balaā. Nolite
ire cū cis neq; maledicas pp̄lo. q̄ b̄ndictus est.
Qui mane cōsurgēs dixit ad p̄ncipes. **I**te i t̄ra
vestrā. q̄ p̄hibuit me de⁹ venire vobiscū. **R**euer
si p̄ncipes dixerūt ad balac. Noluist balaā veni
re nobiscū. **R**ursum illo multo plures & nobil̄s
res q̄ aū miserat. misit. **Q**ui cū venissent ad ba
laam dixerūt. **S**ic dicit balac fili⁹ sephoz. **N**e cō
teris venire ad me. paratū habeo honorare te. &
q̄cqd̄ volueris dabo tibi. **V**eni & maledic pp̄lo
isti. **R**ndit balaā. **S**i dederit mihi balac plenam
domū suā argēti & auri nō potero imutare v̄bū
d̄ni dei mei. vt vel pl⁹ vel min⁹ loqr̄. **O**bscuro vt
h̄ maneatis etiā hac nocte. vt scire queā qd̄ mi
hi rursus r̄ndeat d̄ns. **V**enit g⁹ de⁹ ad balaā no
cte: & ait ei. **S**i vocare te venerūt hoies isti: sur
ge & vade cū eis. ita dūtarat vt qd̄ tibi p̄cepero
facias. **S**urrexit balaā mane. et strata asina
p̄fect⁹ ē cū eis. **E**t irat⁹ ē de⁹. **S**tetitq; āgel⁹ d̄ni
in via p̄ balaaz q̄ sedebat asine. & duos pucros
habebat secū. **L**ernēs asina angelū stātē in via
euaginato gladio. auertit se de itinere. & ibat p̄
agrū. **Q**uā cū vberaret balaā & vellet ad sem
tā reducere. stetit angelus in angustiis duarum
maceriay q̄bus vinee cingebant. **Q**uē videns
asina iuxit se parieti. & attriuit sedētis pedē. **A**t
ille itez vberabat eā: & nihilomin⁹ angelus ad
locū āgustū trāsies vbi nec ad dexterā nec ad si
nistrā poterat deuiari. obui⁹ stetit. **L**ūq; vidis
set asina stantē angelū cōcidit sub pedib⁹ seden
tis. **Q**ui irat⁹ vchementius cedebat fuste latera
ci⁹. **A**peruit d̄ns os asine: & locuta ē. **Q**uid feci
tibi. **L**ur percussit me ecce iam tertio. **R**ndit ba
laam. **Q**uia cōmeruisti & illusisti mihi. **E**t inam
haberē gladiū vt te pcuterē. **D**ixit asina. **N**onne
animal tuū sum: cui semp̄ sedere cōsueuisti vsq;
in p̄ntem diem: **D**ic quid simile vnq; fecerim ti
bi: **A**t ille ait. **N**ūq;. **P**rotin⁹ apuit d̄ns oculos
balaā. & vidit angelum stantē in via euaginato
gladio. adorauitq; eū p̄nus in terrā. **L**ui ange

lus. **C**ur inquit tertio verberas asinā tuā. **E**go
veni vt aduersarer tibi. q̄ p̄uersa ē via tua. mihi
q; p̄traria. **E**t nisi asina declinasset de via dans
locū resistanti. te occidisset. & illa viueret **D**ixit
balaā **P**eccavi. nesciēs q̄ tu stares p̄tra me **E**t
nūc si displicet tibi vt vadā reuertar. **A**t ange
lus. **V**ade cū istis & caue ne aliud q̄ p̄cepero ti
bi loqr̄is. **I**uit igit̄ cū p̄ncipib⁹. **Q**d̄ cū audisset
balac. egressus ē in occursum ei⁹ in opido moa
bitarū qd̄ sitū est in extremis finibus aaron. **D**i
xitq; ad balaam. **O**visi nuncios vt vocarent te.
Cur non statim venisti ad me. **A**n q̄ mercedem
aduentui tuo reddere nequeo. **L**ui ille respōdit.
Ecce adsum. **N**unq̄d loqui potero aliud nisi qd̄
deus posuerit in ore meo. **P**errexerūt ergo si
mul et venerūt in urbem q̄ in extremis regni ei⁹
finib⁹ erat. **L**ūq; occidisset balac boues & oues
misit ad balaam. & p̄ncipes qui cū eo erant mu
nera. **Q**uane aut̄ factō. duxit eū ad excelsa baal.
et intutus est extremā partē populi.

L. S. Balaā in montē ducit ad maledicendū
pp̄lo. aras septē edificari iubet. & victimas impo
nit pro maledictione. b̄ndicit & p̄phetat de cōua
lescentia et multiplicatione ppl̄i cōtra inimicos
et iterū in montē aliū ducitur. **L. a. XXIII**

Dixitq; balaam ad balac. **E**difica mihi
hic septē aras et para totidem vitulos:
cuiuscūq; numeri arietes. **L**ūq; fecisset
iuxta sermonē balaam: imposuerūt simul vitu
lū et arietē sup̄ aram. **D**ixitq; balaam ad balac.
Sta paulisp̄ iuxta holocaustū tuū donec vadā
si forte occurrat mihi d̄ns: et qd̄cūq; impauerit
loqr̄ tibi. **L**ūq; abiisset velociter: occurrit illi de
us. **L**ocutusq; ad eū balaam. septē inquit aras
erexi. et imposui vitulū & arietē desup̄. **D**ns aut̄
posuit v̄bū in ore eius: et ait. **R**euertere ad ba
lac et hec loqueris. **R**euersus inuenit stantē ba
lac iuxta holocaustū suū. et oēs p̄ncipes moabi
tarū. assumptaq; parabola sua. dixit. **D**e aram
adduxit me balac rex moabitarū de mōtib⁹ ori
entis. **V**eni inquit et maledic iacob. propera et
detestare israel. **Q**uō maledicā. cui non maledi
xit deus: **Q**ua ratione detester. quē d̄ns nō dete
statur: **D**e sūmis silicib⁹ videbo eū. et de collib⁹
cōsiderabo illū. **P**plus solus habitabit & inter
gentes nō reputabit **Q**uis diuicere possit pul
uerē iacob. & nosse nūerū stirpis isrl̄. **M**oziat
aia mea morte iustoz. & fiāt nouissima mea hoz
similia. **D**ixitq; balac ad balaam. **Q**uid est hoc
quod agis. **E**t malediceres inimicis meis vo
caui te. et tu ecōtrario benedicis eis: **L**ui ille re
spondit. **N**um aliud possum loqui: nisi quod ius
serit d̄ns. **D**ixit ergo balac. **V**eni mecū in alte
rum locum. vnde partem israel videas. & totū vi
dere non possis. inde. maledicito ei. **L**umq; dux

infra eo.

D
infra. xxiij. c.

5. eo.

ij. petri. ij. c.

infra. p̄.

21

B
Maum. i.

5. p̄.

L

Numeri

risset eū in locū sublimē sup verticē mōtis p̄bas
ga. edificauit balaam septē aras: et imposuit sup
vitulis atq; arietib⁹ dixit ad balac. Sta hic iux
holocaustū tuū donec ego obuius pergā. Cui
cū dñs occurrisset. posuissetq; s̄bū in ore ei⁹: ait
Reuertere ad balac et hec loqueris ei. Reuersus
inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum
et principes moabitarum cū eo. Ad quez balac
Quid inquit locutus est dñs. At ille assumpta
parabola sua: ait. Sta balac et ausculata. audi fi
li sephoz. Nō est de⁹ q̄si hō vt mentiaf. nec vt fi
li⁹ hominis vt mutet. Dixit ergo et nō faciet lo
cutus ē et nō implebit. Ad benedicēdū adduct⁹
sum. benedictionē phibere nō valeo. Nō ē ydo
lum in iacob. nec videt simulacrū in isrl. Dñs de
us eius cū eo ē. et clāgor victori regis in illo. De
us eduxit illū de egypto: cui⁹ fortitudo siml est
rhinocerotis. Nō ē auguriū in iacob. nec diuina
tio in isrl. Tēporibus suis dicef iacob et isrl. qd
opatus sit deus. Ecce ppl̄s vt leena cōsurget. et
quasi leo eriget. Nō accubabit donec deuoret p̄
dā. et occisoꝝ sanguinē bibat. Dixitq; balac ad
balaam. Nec maledicas ei. nec benedicas. Et il
le. nōne ait dixi tibi: qd q̄qd mibi deus impera
ret hoc facerē. Et ait balac ad eū. Veni et ducas
te ad aliū locū. si forte placeat deo vt inde male
dicas eis. Cūq; durisset eū sup verticē montis
phogor qui respicit solitudines. dixit ei balaam
Edifica mibi hic septē aras. et para totidem vi
tulos. eiusdemq; numeri arietes. Fecit balac vt
balaam dixerat. imposuitq; vitulos et arietes
per singulas aras.

L. S. Balaam nō vadit ad cōsulēdū dñs nō se
mel. et scdo: s; statū pphetat de regno isrl futuro
postea pphetat de aduētū xp̄i et psona eius.

Cūq; vidisset balaam qd **XXIII**
placeret dño: vt benediceret israeli neq;
q̄ abijt vt ante prexerat at auguriū qre
ret. sed dirigens p̄ desertū vultū suū: et eleuans
oculos vidit isrl in tentorijs cōmorantē per tri
bus suas. et irruente in se spū dei. assumpta pa
rabola: ait. Dixit balaam fili⁹ beoz. dixit homo
cuius obturatus ē oculus. dixit auditor s̄monū
dei qui visionē om̄ipotētis intuitus est. qui ca
dit et sic aperitūtur oculi eius. Quā pulchra tab
nacula tua iacob: et tentoria tua israel. vt valles
nemorose. vt horti iuxta flumios irrigui: vt tab
nacula q̄ fixit dñs q̄si cedri ppe aquas. Fluet
aqua de situla ei⁹. et semen illi⁹ erit in aq̄s mul
tas. Tollef ppter agag rex ei⁹: et auferet regnū
illi⁹. Deus eduxit illū de egypto cuius fortitudo
similis ē rhinocerotis. Deuorabūt gentes ho
stes illi⁹. ossaq; eoz cōfringēt: et pforabūt sagit
tis. Accubans dormiuit vt leo et q̄si leena quam
fuscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi:

erit et ip̄e bñdictus. q̄ maledixerit tibi. in maledi
ctione reputabit. Iratusq; balac cōtra balaam
cōplosis manib⁹ ait. Ad maledicēdū inimicis
meis vocavi te. quib⁹ econtrario tertio bñdixi
sti. Reuertere ad locū tuū. Deceuerā quidē ma
gnifice honorare te: sed dñs priuauit te honore
disposito. Respōdit balaam ad balac. Nōne nū
c̄ijs tuis q̄s misisti ad me dixi. si dederit mibi ba
lac plenā domū suā argenti et auri: non potero
p̄terire s̄monē dñi dei mei: vt vel boni vel mali
qd pferaz ex corde meo. sed quicqd dñs dixerit
b loquar. Verūtū p̄gens ad ppl̄m meū dabo tū
bi cōsiliū qd ppl̄us tu⁹ ppl̄o huic faciat extremo
tpe. Sūpta igif parabola: rursū ait. Dixit bala
am filius beoz. dixit hō cui⁹ obturatus est oculus
dixit auditor sermonū dei. q̄ nouit doctrinā al
tissimi: et visiones om̄ipotentis videt. q̄ cadens
aptos habet oculos. Videbo euz sed nō mō in
tuebor illū. sed nō prope Orietur stella ex iacob
et cōsurget virgā de israel. et pcutiet duces moab
vastabitq; oēs filios seth. et erit idumea posses
sio eius. Hereditas seir cedet inimicis suis. isrl
vero fortiter aget. De iacob erit q̄ dñetur. et per
det reliquias ciuitatis. Cūq; vidisset Amalech
assumens parabolā: ait. Principiū gentiū ama
lech cui⁹ c̄trema perdenf. Vidit q̄ cūcū. et as
sumpta parabola: ait. Robustū quidē est habita
culū tuū. sed si in petra posueris nidū tuū: et fue
ris electus de stirpe cyn q̄ diu poteris pmanere
Assur em̄ capiet te. Assūptaq; parabola itez locu
tus est. Veni quis victur⁹ est q̄n ista faciet deus
Venient in trierib⁹ de italia. supabūt assyrios.
vastabūtq; hebreos. et ad extremū etiā ipsi peri
bunt. Surrexitq; balaam. et reuersus est in locū
suū balac quoq; via qua venerat redijt.

L. S. Fornicat ppl̄s cū filiab⁹ Moab. iubet p̄n
cipib⁹ et moysi vt vnusq; occidat primos su
os. Phinees occidit sambri et Tozbi et in sorto
et ideo sibi sacerdotiū eternū statuit. **XXV**

Moab autē eo tpe isrl in sethim et forni
catus ē ppl̄s cū filiab⁹ moab: q̄ vocaue
rūt eos ad sacrificia sua At illi comedē
rūt et adorauerūt deos earū. Initiatusq; est isrl
beelphegor. Et iratus dñs ait ad moysen. Tolle
cūctos p̄ncipes ppl̄i et suspēde eos cōtra solē in
patibul. vt auertat furoꝝ me⁹ ab israel. Dixitq;
moyses ad iudices isrl. Occidat vnusq; p̄xi
mos suos q̄ initiati sūt beelphegor. Et ecce vn⁹
de filijs isrl intrauit corā s̄rib⁹ suis ad scortū ma
dianitē vidente moysē et oī turba filioꝝ isrl qui
flebant ante fores tabernaculi. Qd cū vidisset
phinees filius elezari filij aarō sacerdotis. sur
rexit de medio multitudinis. et arrepto pugione
ingressus est post virum israelitā in lupanar et
perfodit ambos simul. virū. s; et mulierē in locis

Numeri

i. Cor. x. b
E genitalibus cessavitque plaga a filiis israel. et occisi sunt viginti quatuor milia hominum. Dixitque dominus ad moysen. Phinees filius eleazari filii aaron sacerdotis auertit iram meam a filiis israel. quia zelo meo commotus est contra eos ut non ipse deleceret filios israel in zelo meo. Idcirco loquere ad deum. Ecce do ei pacem federis mei. et erit tam ipse et semini eius pactum sacerdotum sempiternum. quia zelatus est pro deo suo. et expiavit scelus filiorum israel. Erat autem nomen viri israelite. qui occisus est cum madianitide zambri filii salumi. dux de cognatione et tribu symeonis. Porro mulier madianitis que pater interfecit et vocabatur cozbi. filia super principis nobilissimi madianitarum. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Hostes vos sentiant medianite et percute eos. quia et ipsi hostiliter egerunt contra vos et decipere insidias per idolum phogor. et cozbi filiam ducis madian sororem suam que percussa est in die plage pro sacrilegio phogor.

C. S. Numerantur filii israel quibus terra dividenda est a. xx. annis et super. quia omnes primo mortui sunt. Tribus autem leui seorsum numerantur. quia illis possessio non datur. quia dominus est possessio eius. **XXVI**

Postquam noxiorum sanguis effusus est dixit dominus ad moysen et eleazar filium aaron sacerdotem. Numerate omnem summam filiorum israel a viginti annis et super per domos et cognationes suas cunctos qui parati sunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque moyses et eleazar sacerdos in caespitibus montis ab super iordanem contra hierico ad eos qui erant a viginti annis et super. sicut dominus imperat. quia iste est numerus. Ruben primogenitus israel. huius filii enoch. a que familia enochitarum. et phallu. a que familia phalluitarum. et esrom. a que familia esromitarum. charmi. a que familia charmitarum. De sunt familie de stirpe ruben. quia numerus inuentus est quadraginta tria milia et septingenti triginta. Filii phallu. eliab. huius filii namubel et dathan et abiron. Isti sunt dathan et abiron principes populi qui surrexerunt contra moysen et aaron in seditione chore quam aduersus dominum rebellauerunt. et aperientes fra os suum deuorauerunt chore morientibus plurimis quam combussit ignis ducetos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum. ut chore percunte filii illius non perirent. Filii symeon per cognationes suas namubel. ab familia namubelitarum. et iamin. ab familia iamitarum. iachin. ab familia iachinitarum. zare. ab familia zarietarum. saul. ab familia saulitarum. De sunt familie de stirpe symeon. quia omnis numerus fuit viginti duo milia duceti. Filii gad per cognationes suas sephon. ab familia sephonitarum. aggi. ab familia aggitarum. suni. ab familia sunitarum. ozni. ab familia oznitarum. her. ab familia heritarum. arod ab familia aroditarum. aribel. ab hoc familia aribelitarum. Isti sunt familie gad. quia numerus omnis fuit quadraginta milia quingenti. Filii iuda. her. et onan qui ambo

mortui sunt in fra chanaa. Fueruntque filii iuda per cognationes suas sela. a que familia selaitarum. phares. a que familia pharesitarum. zare a que familia zarietarum. Porro filii phares esrom. a que familia esromitarum. et amul. a que familia amulitarum. Isti sunt familie iuda. quia omnis numerus fuit septuaginta sex milia quingenti. Filii ysachar per cognationes suas thola. a que familia tholaitarum. phua. a que familia phuaitarum. iasub. a que familia iasubitarum. semra. a que familia semramitarum. De sunt cognationes ysachar. quia numerus fuit sexaginta quatuor milia trecenti. Filii zabulō per cognationes suas. sared. a que familia sareditarum. belō. a que familia belonitarum. ialel. a que familia ialelitarum. De sunt cognationes zabulō. quia numerus fuit sexaginta milia quingenti. Filii ioseph per cognationes suas manasse et ephraim. De manasse ortus machir a que familia machiritarum. Machir genuit galaad. a que familia galaaditarum. Galaad habuit filios iezzer. a que familia iezzeritarum. et elech. a que familia elechitarum. et asihel. a que familia asihelitarum. et seche. a que familia sechemitarum. et semida a que familia semidaitarum. et epher. a que familia epheritarum. Fuit autem epher pater salphaad qui filios non habebat. sed tres filias. quia ista sunt nomina. maala et noa et egla et melcha et thersa. De sunt familie manasse et numerus earum quingentis duo milia septingenti. Filii autem ephraim per cognationes suas fuerunt hi. Suthala. a que familia suthalaitarum. becher. a que familia becheritarum. tehecn. a quo familia tehecnitarum. Porro filius suthala fuit heran. a que familia herenitarum. De sunt cognationes filiorum ephraim. quia numerus fuit triginta duo milia quingenti. Isti sunt filii ioseph per familias suas. Filii beniamin in cognationibus suis. bale. a que familia baleitarum. azbel. a que familia azbelitarum. achiram. a que familia achiramitarum. supham. a quo familia suphamitarum. vphā. a que familia vphamitarum. Filii bale. hered et noeman. De hered familia hereditarum. De noeman. familia noemanitarum. Hi sunt filii beniamin per cognationes suas. quia numerus fuit quadraginta quatuor milia sexcenti. Filii dan per cognationes suas. suban. a que familia subanitarum. De sunt cognationes dan per familias suas. Omnes fuere subanite. quia numerus erat sexaginta quatuor milia quingenti. Filii aser per cognationes suas iemna. a que familia iemnaitarum. iessui a que familia iessuitarum. brie. a que familia brieitarum. Filii brie. haber. a que familia haberitarum. et melchiel. a que familia melchielitarum. Nomen autem filie aser. fuit sara. De cognationes filiorum aser et numerus eorum quingentis tria milia quingenti. Filii neptali per cognationes suas iessibel. a que familia iessibelitarum. gumi. a que familia gunitarum. iaser. a que familia iaseritarum. sellez. a que familia sellemitarum. De sunt cognationes filiorum neptali in per familias suas. quia numerus quadraginta

quos milia quadringenti. Ista est summa filiorum israel qui recesserunt sunt. sexcenta milia: et mille septingenti triginta. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Istis diuisis traui numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem partem dabo. et paucioribus minor: sicut nunc recesserunt sunt tradere possessionem ita diuisat ut soror fratris tribus diuisat et familiaribus. Quicquid forte contigerit vel plures accipiant vel pauciores. Hic quoque est numerus filiorum leui per familias suas. Berson. a quo familia gersonitarum. caath. a quo familia caathitarum. merari. a quo familia meraritarum. Hec sunt familiae leui. familia lobni. familia hebronni. familia mooli. familia musii. familia chozi. at vero caath genuit amram. qui habuit uxorem iochabeth filiam leui. qui nata est ei in egypto. Hec genuit amram viro suo filios aaron et moysen et mariam sororem eorum. De aaron orti sunt nadab et abiu et eleazar et ythamar. Quorum nadab et abiu mortui sunt cum obtulissent ignem alienum coram domino. Fueruntque omnes qui numerati sunt viginti milia generis masculini. ab uno mense et super quod non sunt recesserunt inter filios israel. nec eis cum ceteris data possessio est. Hic est numerus filiorum israel. qui descripti sunt a moysen et eleazaro sacerdote in caestribus moab supra iordanem in hiericho: inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt a moysen et aaron in deserto synai. praedixerat enim dominus quod omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis nisi caleb filius iephone: et iosue filius nun.

C. S. Dabit ex de occasione filiarum salphaat. precipit dominus moysi. ut manum imponat iosue eleazaro in duces populi. **Ca. XXVII**

Accesserunt autem filiae salphaad. filii epher filii galaad. filii machir. filii manasse qui fuit filius ioseph. quarum sunt nomina. maala et noa et egla et melcha et thersa. steteruntque coram moysen et eleazaro sacerdote: et cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi federat atque dixerunt. Praefertur mortuus est in deserto. nec fuit in seditione quam commotata est contra dominum sub chore: sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illi de familia sua. quod non habet filium. Dabit nobis possessionem inter cognatos patris nostri. Restulitque moyses eam eorum ad iudicium domini. Qui dixit ad eum. Iusta re postulatis filiae salphaad. Dabit eis possessionem inter cognatos patris sui. et ei in hereditate succedat. Ad filios autem israel loquitur hec. Non cum mortuus fuerit absque filio ad filiam eius transferet hereditas. si filiam non habuerit: hereditas successores fratres suos. quod si et fratres non fuerint dabit hereditatem fratribus patris eius. Sinauit nec patruos habuerit. dabit hereditas his qui ei primi sunt. Eruntque filii israel secundum legem perpetua. sicut precepit dominus moysi. Dixit quoque dominus ad moysen. Ascende. in monte

te istum abarim. et contemplare inde terram quam daturus sum filiis israel. Cumque videris eam ibis et tu ad populum tuum sicut iuit frater tuus aaron: quod offendistis me in deserto synai in praedictione multitudinis. nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. De sunt autem contradictionis in caedes deserti synai. Cui respondit moyses. Prouideat dominus de spiritu omnis carnis hominum qui sit super multitudinem hanc. et possit exire et intrare ante eos. et educere eos vel introducere: ne sit populus domini sicut oves absque pastore. Dixitque dominus ad eum. Tolle iosue filium numerum virum in quo est spiritus dei. et pone manum tuam super eum. Qui stabit coram eleazaro sacerdote: et omni multitudine: et dabit ei precepta cunctis videtibus et parte gratie tue. ut audiat cum omni synagoga filiorum israel. Pro hoc si quod agendum erit eleazar sacerdos consulat dominum. At verbum eius egredietur et ingredietur ipse et omnes filii israel cum eo et cetera multitudo. Fecit moyses ut precepit dominus. Cumque tulisset iosue. statuit eum coram eleazaro sacerdote et omni frequentia populi. et imposuit capiti eius manibus cuncta replicavit quae mandauerat dominus. **C. S.** De diuersis solennitatibus anni quod in qualibet offerendum sit. et cum quibus libamentis postea quod quotidie. secundo quod sabbato. tertio quod in kalendis. quarto quod in pascha. **XXVIII**

Dixit quoque dominus ad moysen. Praecepte filiis israel: et dices ad eos. Oblationem meam et panes et incensum odoris suauissimi offerre per tempora sua. Hec sunt sacrificia quae offerre debetis. Agnos auniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum. unum offeretis mane. et alter ad vespertinum decimam partem ephi simile. quae dispersa sit oleo purissimo. et habeat quartam partem hini. Holocaustum iuge est quod obtulistis in monte synai in odorem suauissimum incensum domini. Et libabitis vinum quartam partem hini per annos singulos in scutario domini. Alterumque agnum sicut offeretis ad vespertinum iuxta omnem ritum sacrificij matutini et libamentorum eius. oblationes suauissimi odoris domino. Die autem sabbati offeretis duos agnos auniculos immaculatos. et duas decimas simile oleo dispersae in sacrificio. et libra quae rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum. In kalendis autem id est in mense exordij offeretis holocaustum domino. vitulos duos armato duos. arietem unum. agnos auniculos septem immaculatos. et tres decimas simile oleo consperse in sacrificio per singulos vitulos: et duas decimas simile oleo consperse per singulos arietes. et decimam decime simile ex oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustum suauissimi odoris atque incensum est domino. Libamenta autem vini quae per singulas fundenda sunt victimas: ista erunt. Media pars hini per singulos vitulos: tertia per arietem quarta per agnum. Hoc erit holocaustum per omnes menses. qui sibi anno vertete succedunt. Dircus quoque offertur domino pro peccatis

Exodi. xij. c
Leui. xxiij. a

in holocaustū sempiternū euz libamentis suis. Mensē autē pmo qrtadecima die mensis phase dñi erit et quitadecia die solēntas. Septē diebus vefcent azymis. qru dies pma venerabil' et scā erit. Omne op' suile nō facietis in ea. Offeretisqz incensum holocaustū dño vitulos de armento duos. arietē vnū. agnos āniculos imaculatos septē. et sacrificia singuloy ex simila q̄ conserpa sit oleo. tres decimas p singulos vitulos et duas decimas per arietē. et decimā decime p agnos singulos. i. p septē agnos. et hircū p pctō vnū vt expiet p vobis pter holocaustū matutinu. qd semp offeretis. Ita facietis p singulos dies septē diez. in fomitē ignis et in odorē suauissimū dño q̄ surget de holocausto et de libatōib' singuloy. Dies qz septim' celeberrim' et scūs erit vobis. Omne op' suile nō facietis in eo. Dies etiā primitiuoy qñ offeretis nouas fruges dño expletis hebdomadibus. venerabil' et scā erit. Omne opus seruile nō facietis in ea. Offeretisqz holocaustū in odorē suauissimū dño. vitulos de armento duos. arietē vnū. agnos āniculos imaculatos septē. atqz i sacrificijs eoy simile oleo cōspere tres decimas p singulos vitulos p arietes duas. p agnos decimā decime q̄ simul sunt agni septē. hircū qz q̄ mactat p expiatione pter holocaustū sempiternū et liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

L. S. De trib' solēntatib' septēbris qd vna quaqz offerēdū sit. s. festo tubarū et expiationis et festo tabernaclozū qd octo dies agit. **XXIX**

Mensis etiā septimi pma dies venerabil' et scā erit vobis. Omne op' suile nō facietis in ea. qz dies clāgoris ē et tubarū. Offeretisqz in holocaustū in odorē suauissimū dño. vitulū de armento vnū. et arietē vnū. et agnos āniculos imaculatos septē. et in sacrificijs eoy simile oleo cōspere tres decimas p singulos vitulos duas decimas p arietē. vnā decimā p agnū. q̄ simul sunt agni septē. et hircū p pctō q̄ offerit in expiationē ppli ppter holocaustū kalēdarū cū sacrificijs suis. et holocaustū sempiternū cū libatōib' solitis. Hisdē ceremonijs offeretis i odorē suauissimū incensum dño. Decima qz dies mēsis hui' septimi. erit vob' scā atqz venerabil' et affligetis aias vras. Omne op' suile nō facietis in ea. Offeretisqz holocaustū dño in odorē suauissimū. vitulū d armento vnū. arietē vnū. agnos āniculos imaculatos septē. et i sacrificijs eoy simile oleo cōspere tres decimas p singulos vitulos. duas decimas p arietē. decimā decime p agnos singulos. q̄ sunt simul agni septē. et hircū p pctō absqz his q̄ offerri p delicto solēt i expiationē et holocaustū sempiternū in sacrificio et libamib' eoy. Quitadecima pmo die mēsis septimi q̄ vob'

scā erit: atqz venerabil'. omne opus suile nō facietis in ea. s. celebrabitis solēntatē dño septē dieb'. Offeretisqz holocaustū i odorē suauissimū dño vitulos de armento tredecim. arietes duos. agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim. et in libamētis eoy simile oleo cōspere tres decimas p vitulos singulos. q̄ sūt fil' vituli tredecim. et duas decimas arietī vno. i. fil' arietib' duob': et decimā decime agnis singul'. q̄ sūt fil' agni q̄ttuordecim: et hircū p pctō: absqz holocausto sempiterno. et sacrificio et libamie ei'. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim. arietes duos: agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim sacrificiaqz et libamia singuloy p vitulos et arietes et agnos rite celebrabit' et hircū p pctō absqz holocausto sepiterno sacrificioqz et libamine ei'. Die tertio offeretis vitulos vndecim. arietes duos. agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim. sacrificiaqz et libamina singuloy p vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircū p pctō absqz holocausto sepiterno sacrificioqz et libamie ei'. Die q̄rto offeretis vitulos decē. arietes duos. agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim. sacrificiaqz et libamina singuloy p vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircū p pctō absqz holocausto sepiterno sacrificioqz ei' et libamine. Die q̄nto offeretis vitulos nouē. arietes duos. agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim. sacrificiaqz et libamina singuloy p vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircū p pctō absqz holocausto sepiterno sacrificioqz ei' et libamine. Die sexto offeretis vitulos octo. arietes duos. agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim. sacrificiaqz et libamina singuloy p vitulos et arietes. et agnos rite celebrabit'. et hircū p pctō absqz holocausto sepiterno sacrificioqz ei' et libamie. Die septio offeretis vitulos septē. et arietes duos. agnos āniculos imaculatos q̄ttuordecim. sacrificiaqz et libamina singuloy p vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircū p pctō absqz holocausto sepiterno sacrificioqz ei' et libamie. Die octauo q̄ ē celeberrim'. oē opus suile facietis offeretes holocaustū i odorē suauissimū dño. vitulū vnū. arietē vnū. agnos āniculos imaculatos septē. sacrificiaqz et libamina singuloy p vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis. et hircū p pctō absqz holocausto sempiterno. sacrificioqz ei' et libamine. Nec offeretis dño in solēntatib' vris. pter vota et oblatōes spōtaneas i holocausto. i sacrificio. i libamine. et in hostijs pacificis

L. S. De voto dato qñ voto tenetur vir vel mulier: et quando non. **Ca. XXX**

Narrauitqz moyses filijs isrl' oia q̄ ei domin' imparat. et locutus est ad pncipes tribuū filioz isracl. Iste est pmo que p'

cepit dñs. Si quis viroz votū dño vouerit. aut se cōstrinjerit iuramento nō faciet irritū verbū suū. sed omē qd̄ pmisit implebit. Mulier si quipiam vouerit et se cōstrinjerit iuramēto q̄ est in domo patris sui. et in etate adhuc puellari: si cognouerit p̄f̄ votū qd̄ pollicita est. et iuramentū q̄ obligauit aiām suam et tacuerit. voti rea erit. Quicqd̄ pollicita est et iurauit. opere cōplebit. Sinaūt statim vt audierit cōtradixerit p̄f̄. et vota et iuramenta ei⁹ irrita erūt. nec obnoxia tenebitur spōsioni. eo q̄ cōtradixerit p̄f̄. Si maritū habuerit et vouerit aliquid. et semel de ore eius verbū egrediens. aiām ei⁹ obligauerit iuramēto: quo die audierit vir et nō contradixerit. voti rea erit. reddetq̄ quodcūq̄ pmiserat. Sinaūt audiens statim p̄tradixerit. et irritas fecerit pollicitationes ei⁹. verbaq̄ q̄b⁹ obstrinjerat aiām suā. ppitius erit ei dñs. Vidua et repudiata q̄cūquid vouerint reddent. Uxor in domo viri cū se voto cōstrinjerit et iuramēto. si audierit vir et tacuerit nec cōtradixerit spōsioni. reddet qd̄cūq̄ pmiserat. Sinaūt exemplo cōtradixerit. non tenebitur p̄missionis rea. qz marit⁹ cōtradixit. et dñs ei ppit⁹ erit. Si vouerit et iuramēto se cōstrinjerit. vt p̄ ieiuniū vel ceteraz rerū abstinentiā affligat aiāz suā. in arbitrio viri erit si faciat siue nō faciat. Qd̄ si audies vir tacuerit. et i alteram diem distulerit sniam. quicqd̄ vouerat atq̄ pmiserat: reddet. quia statim vt audiuit: tacuit. Sinaūt p̄tradixerit postq̄ rescuit. portabit ipe iniquitatē eius. Iste sunt leges q̄s p̄stituit dñs moysi inf̄ virū et vxorē. inf̄ p̄res et filiū q̄ in puellari adhuc etate ē. vl̄ q̄ manet in parenti domo

L. S. De pugna cōtra madiā. de balaā interfecto. de mulierib⁹ interficiendis. de diuisione prede exequoz. de parte pontificis et leuitarum de donarijs domini.

XXXI

Ucutusq̄ est dñs ad moysen: dicens. Alciscere p̄f̄ filios isrl̄ de madianit̄. et sic colligeris ad pplim tuū. Statimq̄ moyses. armate inquit ex vobis viros ad pugna qui possint vltionē dñi expetere de madianit̄. Nil le viri de singulis tribub⁹ eligant ex isrl̄ qui mitātur ad bellū. Dederūtq̄ millenos de singulis tribub⁹. i. duodecim milia expeditorū ad pugna q̄s misit moyses cū phinees filio eleazar sacerdotis: vt vasaq̄ sc̄ta et tubas ad clangendū tradidit ei. Cumq̄ pugnassent p̄ madianitas atq̄ vicissent oēs mares. occiderūt et reges eoz cui et recē et sur et vz et rebe q̄nc̄ p̄ncipes gentis balaā q̄z filiū beoz interfecerūt gladio. ceperūtq̄ mulieres eoz et puulos. oīaq̄ pecora et cūctā supplectilē. Quicqd̄ h̄re potuerāt depopulati sunt. tam vb̄es q̄ viculos. et castella flāma consumpsit. Et tulerūt predā. et vniuersa q̄ ceperāt

tā ex hoib⁹ q̄ ex iumētis. et adduxerunt ad moysen et eleazar sacerdotē. et ad omnē multitudinē filioz isrl̄. Reliq̄ aut̄ vtensilia portauerūt ad castra i capestribus moab. iuxta iordanē p̄ bierico. Egressi sūt aut̄ moyses et eleazar sacerdos et oēs p̄ncipes synagoge i occursum eoz cū castra. Iratusq̄ moyses p̄ncipib⁹ exercitus tribunis et cēturionib⁹ q̄ venerāt de bello: ait. Cur feminas refuastis. Nōne iste sunt q̄ deceperūt filios isrl̄ ad suggestionē balaā. et p̄uaricari vos fecerūt i dño sup̄ pctō pbogoz vnde et pcussus ē ppls. Ergo cūctos interficite. q̄cqd̄ ē generi masculini etiā i puul. et mlieres q̄ nouerūt viros in coitu: iugulate. puellas aut̄ et oēs feminas h̄gines refuare vob et manete cū castra septē dieb⁹. Qui occiderit hoīez vel occisus tetigerit. Iustabit die tertio et septio. Et de oī p̄da siue vestimētū fuerit siue vas: et aliqd̄ i vtensilia p̄patū de capraz pellib⁹ et pilis et ligno expiabit. Eleazar q̄z sacerdos ad viros exercit⁹ q̄ pugnauerāt sic locut⁹ ē. Hoc ē p̄ceptū legis qd̄ mādanit deus moysi. Aurū et argētū et es et ferrū et plūbū et stānū: et oē qd̄ pōt trāsire p̄ flāmas. igne purgabit. q̄cqd̄ aut̄ ignē nō pōt sustinere. aq̄ expiationis sc̄tificabit. et lauabit vestimēta v̄ra die septimo et purificati postea castra itrabit. Dixit q̄z dñs ad moysen. Tollite sūmā eoz q̄ capta sūt ab homine vsq̄ ad pec⁹. tu et eleazar sacerdos et oēs p̄ncipes vulgi. diuidesq̄ ex eq̄ p̄das inter eos q̄ pugnauerūt. egressiq̄ sūt ad bellū: et iter omnez reliquā multitudinē: et sepab p̄tez dño ab his q̄ pugnauerūt et fuerūt i bello vnā aiāz de q̄ngētī tā ex hoib⁹ q̄ ex bob⁹ et asinis et ouib⁹. et dabis eā eleazaro sacerdoti. qz p̄mitie dñi sūt. Ex media q̄z p̄te filioz isrl̄ accipies q̄nq̄gesimū caput hominū et bouū et asinoz et ouiuū cūctoꝝq̄ aiāntiū. et dab ea leuitis q̄ excubāt i custo dijs tabnaculi dñi. Fecerūtq̄ moyses et eleazar sicut preceperat dñs. Fuit aut̄ p̄da quā exercit⁹ cepat. ouium sexcēta septuagitaq̄ nqz milia. bouū septuagita duo milia. asinoz sexagita milia et mille anie hominū sex⁹ feminei q̄ nō cognouerāt viros trigintaduo milia. Dataq̄ ē media ps his q̄ i p̄lio fuerāt. ouiuū trecēta triginta septē milia q̄ngēte e q̄bus in partē dñi supputate sunt oues sexcente septuagintaq̄ nqz. et de bobus triginta sex milibus. boues septuagita et duo. de asinis triginta milib⁹ q̄ngētis. asini sexagita unus. De aiabus hominū sedccum milibus cesserūt in p̄tē dñi trigintadue anie. Tradiditq̄ moyses numez p̄mitiarū dñi eleazaro sacerdoti. sicut fuerat ei ipe ratū ex media p̄te filioz isrl̄. quā sepaucrat his q̄ in p̄lio fuerāt. De media h̄o p̄te q̄ cōtigerat reliqua multitudini. id ē de ouibus trecētis triginta septē milibus q̄ngētis. et de bobus triginta

5. rrv. d

Judi. xxi. d

D

E

S

S
 milibus. et de asinis tringinta milibus quingentis
 et de hominibus sedecim milibus. tulit moyses quingentesimum
nostre. Tollite in manibus vestris cibaria ob lō-
gissimā viā: et occurrite eis et dicite. Serui vestri
sumus. fedus inite nobiscū. En panes q̄n̄ egres-
si sumus de domib̄ n̄ris. vt veniremus ad vos
calidos sumpsim⁹. nūc sicci facti sunt et vetusta-
te nimia cōminuti. Stres vini novos impleum⁹.
nūc rupti sunt et soluti. Vestes et calciamēta qui-
bus induimur. et q̄ habem⁹ in pedib̄ ob lōgitu-
dinē lōgioris vie trita sunt et pene consumpta.
Susceperūt igit̄ de cibarijs eorū: et os dñi nō in-
terrogauerūt. Fecitq̄ iosue cū eis pacē. et inito
federe pollicit⁹ ē vt non occiderent̄. Principes
q̄ multitudinis iurauerūt eis. Post dies autē
tres initi federis. audierūt q̄ ī vicino habitaret̄.
et inter eos futuri essent. Mouerūtq̄ castra filij
isrl̄: et venerūt in ciuitates eorū die tertio. q̄z hec
vocabula sunt gabaon et caphira et beroth et ca-
riathiarim. Et nō pcusserūt eos eo q̄ iurassent
eis p̄ncipes multitudinis in noīe dñi dei israel.
Murmurauit itaq̄ omne vulgus s̄ p̄ncipes is-
rael. Qui r̄nderūt eis. Iurauimus eis in nomie
dñi dei isrl̄. et idcirco nō possumus eos cōtinge-
re. Sed hoc facimus eis. Reseruentur quidem
vt viuāt ne cōtra nos ira dñi cōcitetur si peiera-
uerimus. sed sic viuant vt in vsus vniuersē mul-
titudinis ligna cedāt. aquasq̄ cōportent. Qui-
bus hec loquētibus. vocauit gabaonitas iosue
et dixit eis. Cur nos decipe fraude voluistis. vt
diceretis. p̄cul valde habitamus a vobis. cuz in
i iij

ij. Reg. xxi. a

medio nostri sitis. Itaq; sub maledictiōe eritis
 et nō deficiet de stirpe v̄ra ligna cedēs, aquasq;
 cōportās in domū dei mei. Qui r̄nderūt, Nūcia-
 tum ē nob̄ suis tuis q̄ p̄misisset dñs deus tuus
 moysi suo suo, vt traderet vob̄ omnē terram, et
 disperderet cūctos habitatores ei⁹. Timuim⁹ igit̄
 valde, et p̄uidimus aiabus nr̄is vestro t̄roze cō-
 pulsi, et b̄ cōsiliū inuim⁹. Nūc autē in manu tua
 sum⁹, qd̄ tibi bonū et rectū videt̄, fac nobis. Fe-
 cit ergo iosue vt dixerat et liberauit eos de ma-
 nu filioꝝ isrl̄, vt nō occiderent. Decreuitq; i illo
 die eos esse in ministerio cūcti ppli et altar̄ dñi,
 cedentes ligna et aquas cōportantes vsq; i pre-
 sens tempus in loco quem dominus elegisset.

Cap. X. De pugna in Gabaon et regib⁹ qnq; ab-
 scondis in spelunca. De plōgatione diei et alijs
 multis ab israeli deuictis.

Que cum audisset adonisedech rex hieru-
 salem q̄ sc̄ cepisset iosue hay et subuer-
 tisset eā, sicut em̄ fecerat hiericho: et regi-
 ei⁹, sic fecit hay et regi illius: et q̄ transfugissent
 gabaonite ad israel, et essent federati eoz, timuit
 valde. Urbs em̄ magna erat gabaon: et vna cui-
 tatum regaliū, et maior oppido hay, omēsq; bel-
 latores ei⁹ fortissimi. Misit ergo adonisedech
 rex hierusalē ad oham regē hebrō: et ad p̄haran
 regē hierimoth ad iaphie q̄ regem lachis et ad
 dahir regē eglon: dicens, Ad me ascendite et ferte
 p̄sidiū, vt expugnem⁹ gabaon, q̄re transfugerit
 ad iosue et ad filios isrl̄. Congregati igit̄ ascen-
 derunt qnq; reges ammoreoz. Rex hierusalem,
 rex hebron, rex hierimoth, et rex lachis, rex eglō
 simul cum exercitibus suis, et castrametati sunt
 circa gabaon oppugnātes eā. Habitatores autē
 gabaon vrbis obsesse: miserunt ad iosue, qui tūc
 morabatur in castris apud galgalam et dixerūt
 ei. Ne trabas manus tuas ab auxilio suoꝝ tuo-
 rum. Ascende cito et libera nos, sc̄q; presidium
 conuenerunt em̄ aduersum nos oēs reges am-
 moreoz qui habitant in montanis. Ascēditq;
 iosue de galgalis, et oīs exercitus bellatoꝝ cum
 eo viri fortissimi. Dixitq; dñs ad iosue, Ne time-
 as eos. In manus em̄ tuas tradidi illos. Null⁹
 em̄ ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaq; iosue
 super eos repente: tota nocte ascendens de gal-
 galis. Et conturbauit eos dñs a facie isrl̄, cōtri-
 uitq; plaga magna in gabaon, ac persecutus ē
 eos per viam ascensus betheron, et percussit vsq;
 azecha et maceda. Cūq; fugerent filios isrl̄, et
 essent in descensu bethoron: dñs misit sup̄ eos
 lapides magnos de celo vsq; ad Azecha. Et
 mortui sunt multo plures lapidibus grādinis,
 q̄ quos gladio percussērāt filij isrl̄. Tunc locutus
 est iosue dñō in die qua tradidit ammoreuz in
 p̄spectu filioꝝ israel, dixitq; corā eis, Sol p̄tra

gabaon ne mouearis, et luna p̄tra vallem hay-
 lon. Steterūtq; sol et luna donec vlcisceret se ges-
 de inimicis suis. Nonne scriptū est b̄ libro iusto-
 rū? Stetit itaq; sol i medio celi, et non festinauit
 occūbere spacio vni⁹ diei. Nō fuit antea et postea
 tā longa dies obediēte dñō voci hoīs: et pugnā-
 te p̄ isrl̄. Reuersusq; est iosue cū oī isrl̄ in castra
 galgale. Sugerāt enī qnq; reges et se abscondērāt
 in spelūca vrbis maceda. Nūciatūq; est iosue q̄
 inuēti essent qnq; reges, latētes i spelūca vrbis
 maceda. Qui p̄cepit socijs et ait, Nolite sara in-
 gētia ad spelūce: et ponite viros industrios
 q̄ clausos custodiāt. Vos autē nolite stare, s; p̄se-
 q̄mini hostes, et extremos quosq; fugiētū cedi-
 te. Ne dimittatis eos vrbū suaz intrare p̄sidia:
 q̄s tradidit dñs de⁹ in manus v̄ras. Cesis ergo
 aduersarijs plaga magna: et vsq; ad interitio-
 nē pene cōsumptis hi q̄ isrl̄ effugere potuerunt:
 ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusq; est
 oīs exercitus ad iosue in maceda vbi tūc erāt ca-
 stra: sani et integro numero. Nullusq; filios is-
 rael mutire ausus est. P̄cepitq; iosue: dicens
 aperite os spelūce, et p̄ducite ad me qnq; reges
 q̄ in ea latitat. Feceruntq; ministri vt sibi fuerat
 imperatū: et adduxerūt ad eū qnq; reges de spe-
 lūca, regē hierusalē, regē hebrō, regē hierimoth,
 regē lachis, regē eglon. Cūq; ad ducti essēt ad
 eum, vocauit omnes viros israel: et ait ad prin-
 cipes exercitus q̄ secuz erāt, Ite et ponite pedes
 sup̄ colla regum istorum. Qui cū perrexissent et
 subiectozū colla pedibus calcarent: rursus ait
 ad eos, Nolite timere: ne paueatis, cōfortamini
 et estote robusti. Sic enī faciet dñs cunctis ho-
 stibus vestris aduersum q̄s dimicabitis. Percus-
 sissetq; iosue et interfecit eos, atq; suspēdit sup̄
 qnq; stipites, fueruntq; suspēsi vsq; ad vesperē.
 Cūq; occumberet sol, p̄cepit socijs vt depone-
 rent eos de patibulis, qui depositos proiecerūt
 in speluncam in qua latuerant, et posuerunt sup̄
 os eius sara ingentia, que permanent vsq; in p̄-
 sens. Eodē die macedam q̄ cepit iosue et percus-
 sit in ore gladij, regēq; illius interfecit, et oēs ha-
 bitatores eius. Nō dimisit in ea saltem paruas
 reliquias. Fecitq; regi maceda sicut fecerat regi
 hiericho. Transiuit autē cum omni israel de ma-
 ceda in lebna, et pugnabat contra eam, quaz tra-
 didit dñs cum rege suo in man⁹ israel. Percus-
 seruntq; vrbem in ore gladij et omnes habitato-
 res eius. Non dimiserunt in ea vllas reliquias.
 Feceruntq; regi lebna sicut fecerant regi hieri-
 cho. De lebna transiuit in lachis cum omni isrl̄,
 et exercitu p̄ gyrum disposito oppugnabat eam:
 tradiditq; dominus lachis in manus filioꝝ m
 israel, et cepit eam die altero, atq; percussit in
 ore gladij omnem animaz que fuerat in ea sicut

21

22

23

D

E

Deut

B

S

Josue

fecerat lebna. Eodē tpe ascēdit byrā rex gazervt auxiliaret lachis. que pcussit iosue cū omī populo eius vsqz ad internitionem. Trāsiuitqz de lachis in eglon. et circū dedit atqz expugnauit eā in eadē die. pcussitqz in ore gladij oēs aīas que erāt in ea iuxta oīa q̄ fecerat lachis. Ascēdit q̄z cū oī isrl' de eglon in hebron et pugnauit cōtra eā. cepitqz et pcussit in ore gladij. regē q̄z eius et oīa oppida regionis illi' vniuersasqz aīas que in ea fuerāt cōmorate. Non reliq̄t in ea vllas reliquias. Sicut fecerat eglon. sic fecit et hebron. cuncta q̄ in ea repperit cōsumēs gladij. Inde reuersus in dabit. cepit eā atqz vastauit: regem q̄z eius atqz oīa p̄ circūitū oppida pcussit in ore gladij. Non dimisit in ea vllas reliq̄as. Sicut fecerat hebron et lebna et regibus eay: sic fecit dabit et regi illi'. Percussit itaqz iosue oēm terrā montanā et meridianā atqz cāpestrem et aserob cū regibus suis. Nō dimisit in ea vllas reliquias sed oē qd̄ spirare poterat interfecit. sicut p̄cepit ei dñs deus isrl' a cadesbarne vsqz gazam. Dēm terras gosen vsqz gabaon: vniuersosqz reges et regiones eorū vno impetu cepit atqz vastauit. Dñs enī de' isrl' pugnauit p̄ eo. Reuersusqz est cū oī israel ad locū castroy in galgala.

L. S. De Jabin rege Asor et alijs regib' stratis multo tpe et Enachim. **Ca. XI**

Que cū audisset iabin rex asor misit ad iobab regē madanz ad regē semeron atqz ad reges acsaph. ad reges q̄z aqlonis q̄ habitabāt i mōtanis et in planitie p̄ meridiē ceneroth. in cāpestrib' q̄z et regiōib' dor iuxta mare. chananeū q̄z ab oriente et occidente. et ammoreū atqz etheū. ac p̄hereseū et iebuseū in montanis. eueū q̄z qui habitabat ad radices hermon in terra maspha. Egressiqz sunt oēs euz turmis suis. pplis multus nimis. sicut arena q̄ est in litore maris. equi q̄z et currus immense multitudinis. Cōuenerūtqz oēs reges isti in vnū ad aqs meron vt pugnaret cōtra israel. Dixitqz dñs ad iosue. Ne timeas eos. Cras enī ac eadem hora ego tradā oēs istos vulnerādos in cōspectu isrl' Equos eorū subneruabis. et curr' igne cōbures Venitqz iosue et oīs exercit' ei' cū eo aduersus illos ad aquas meron subito. et irruerunt super eos. tradiditqz illos dñs in manus isrl'. Qui pcusserūt eos et persecuti sunt vsqz ad sidonē magnā et aquas masserephot. campūqz masphe q̄ est ad orientalem illius partē. Itaqz pcussit oēs vt nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitqz sicut p̄cepit ei dñs. Equos eorū subneruauit. currusqz cōbussit igni. Reuersusqz statim cepit asor et regē eius pcussit gladio. Asor enī antiquit' inter omnia regna hec principatus tenebat Percussitqz oēs aīas que ibidem morabantur

Non dimisit in ea vllas reliquias. sed vsqz ad internitiones vniuersa vastauit. ipamqz urbem peremit incēdio. et oēs p̄ circūitū ciuitates. Reges quoqz eay cepit pcussit atqz deleuit: sicut p̄ ceperat ei moyses famulus dñi. Absqz vrbibus que erāt in collibus et in tumulis site ceteras succendit isrl'. vnam tm̄ asor munitissimā flāma' consumpsit. Dēm qz predā istay vrbū ac iumēta diuiserūt sibi filij isrl' cūctis hoib' interfecit. Sicut p̄cepit dñs moysi seruo suo. ita p̄cepit moyses iosue. et ille vniuersa compleuit. Non p̄terijt de vniuersis mādatis. nec vnū quidē verbum qd̄ iusserat dñs moysi. Cepit itaqz iosue oēm terrā montanā et meridianā: terrāqz gosen et planitiē et occidentalē plagā. montēqz israel et cāpestria ei' et p̄tem mōtis q̄ ascendit scir vsqz baalgath p̄ planitiē libani sup montē hermon. oēs reges eorū cepit. pcussit et occidit. Multo tpe pugnauit iosue cōtra reges istos. Non fuit ciuitas q̄ se nō traderet filiis israel p̄ter eueum. qui habitabat in gabaon. Omnes enī bellando cepit. Dñi enī sententia fuerat vt induraretur corda eorū et pugnarent contra israel: et caderēt et non mererentur vllam clementiam. ac perirēt sicut p̄ceperat dñs moysi. In tempore illo venit iosue et interfecit enachim de montanis hebron et dabit et anab et de oī monte iuda et isrl'. vrbesqz eay deleuit. Non reliquit vllum de stirpe enachim i terra filiorum israel absqz ciuitatibus gaza et geth et azoto. in quibus solum relictis sunt. Cepit ergo iosue omnem terram sicut locutus est dominus ad moysen et tradidit eam in possessionem filijs isrl' p̄m ptes et trib' suas. quieuitqz terra a p̄lijs.

L. S. Numeratio regū pcussorū circa iordanē et vltra q̄s pcussit iosue. et sunt. **xxi. XII**

H sunt reges quos pcusserunt filij israel et possederūt terrā eorū trans iordanem ad solis ortū. a torrēte arnō vsqz ad mōtē hermon. et oēm orientalē plagā q̄ respicit solitudinē. Seon rex ammoreorū qui habitabat in esebon. dominat' est ab aroer que sita est sup ripā torrētis arnon. et medie partis in valle. dimidieqz galaad vsqz ad torrentem ieboc qui est terminus filiorū ammon: et a solitudine vsqz ad mare ceneroth contra orientem. et vsqz ad mare deserti quod est mare salissimū ad orientalem plagam p̄ viam que ducit bethsimoth. et ab australi parte que subiacet aseroth vsqz phasga termin' og regis basan. de reliquis raphaim qui habitauit in astaroth et in edrai. et dominatus est in monte hermon. et in salecha atqz i vniuersa basan vsqz ad terminos gessuri et machati et dimidie partis galaad ad terminos seon regis esebon Moyses famulus domini et filij israel pcusserunt eos: tradiditqz terrā eorū moyses in possessionem i iij

Josue

sessione rubenitis et gadditis: et dimidie tribui manasse. Hi sunt reges terre que percussit iosue et filij israel trans iordamem ad occidentalem plagam: abaalgad in campo libani usque ad montem libani: cuius pars ascendit in seir. Tradiditque eam iosue in possessionem tribubus israel: singulis partes suas, tam in montanis quam in planis atque campestribus. In aseroth et in solitudine ac in meridie, etheus fuit et ammoreus, chanaanus et pherezus, euus et iebuseus. Rex hiericho vnus. Rex hay que est ex latere bethel vnus. Rex hierusalem vnus. Rex hebron vnus. Rex hierimoth vnus. Rex lachis vnus. Rex eglon vnus. Rex gazer vnus. Rex dabit vnus. Rex gader vnus. Rex herma vnus. Rex hereth vnus. Rex lebna vnus. Rex odollam vnus. Rex maceda vnus. Rex bethel vnus. Rex taphua vnus. Rex ofer vnus. Rex affec vnus. Rex saron vnus. Rex maddan vnus. Rex asor vnus. Rex sameron vnus. Rex acsaph vnus. Rex thenach vnus. Rex mageddo vnus. Rex cedevnus. Rex iachanen carmeli vnus. Rex dor et prouincie dor vnus. Rex gentium galgal vnus. Rex therfa vnus. Omnes reges triginta vnus.

C. S. De terra diuidenda: et descriptioe sortium Ruben et gad: et dimidie tribus Manasse.

Iosue senex puerque etatis **XIII** erat: et dixit dominus ad eum. Seniuisti et longeuus es: terraque latissima derelicta est que necdum sorte diuisa est, ois videlicet galilea philistinim et vniuersa gessuri: a flumio turbido qui irrigat egyptum usque ad terminos accaron contra aquilonem terra chanaan que in quinque regulos philistinim diuidit gazeos et azotios, ascalonitas, gethuos et accaronitas. Ad meridiem vero sunt euei ois terra chanaan, et maara sidoniorum usque afeca et terminos amorrei eiusque confinia. libani quoque regio contra orientem abaalgad sub monte hermon donec ingrediaris emat. Omniu qui habitabant in monte a libano usque ad aquas masserephot: vniuersique sidonim. Ego sum qui delebo eos a facie filiorum israel. Veniat ergo in partem hereditatis israel sicut precepi tibi. Et nunc diuide terram in possessionem noue tribubus et dimidie tribui manasse cum que ruben et gad possederunt terram quam tradidit eis moyses famulus domini trans fluentia iordanis ad orientalem plagam ab aroer que sita est in ripa torrentis arnon et in vallis medio, vniuersaque campestris medaba: usque dybon, et cunctas ciuitates seon regis amorrei: que regnavit in esebon usque ad terminos filiorum amon, et galaad ac terminum gessuri et machati et omnem montem hermon et vniuersam basan usque ad salecha, omnem regnum og in basan que regnavit in astaroth et edrai. ipse fuit de reliquijs raphaim, percussitque eos moyses atque deleuit,

Nolueruntque disperdere filij israel gessuri et machati, et habitauerunt in medio israel usque in presentem diem. Tribui autem leui non dedit possessionem, sed sacrificia et victime domini dei israel, ipsa est eius hereditas sicut locus est illi. Dedit ergo moyses possessionem tribui filiorum ruben iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab aroer que sita est in ripa torrentis arnon, et in valle eiusdem torrentis media vniuersamque planitiem que ducit medaba et esebon cunctosque viculos eorum que sunt in campestribus: dybon quoque et abamothbaal et oppidum baalmaon, et gessa et cedimoth et mesphet et cariatthaim et sabama et sara thasar: in monte conuallis bethphogor et aseroth et phasga et bethaisimoth omnes vrbes campestres, vniuersaque regna seon regis amorrei que regnavit in esebon, que percussit moyses cum principibus madian eueum et recen et sur et yr et rebec duces seon habitatores terre, et balaam filium beor ariolum occiderunt filij israel gladio cum ceteris interfectis: factusque est terminus filiorum ruben iordanis flumini. Dec est possessio rubenitarum per cognationes suas vrbium et viculorum. Deditque moyses tribui gad et filijs eius per cognationes suas possessionem cuius hec diuisio est. Terminus gazer et omnes ciuitates galaad, et dimidia parte terre filiorum amon usque ad aroer que est contra rabba: et ab esebon usque ramoth, masphe et bethanim: et a manaim usque ad terminos dabit. In valle quoque betharam et bethnemra et socoth et saphon reliquam partem regni seon regis esebon. Duius quoque finis iordanis est usque ad extremam partem maris cenereth trans iordanem ad orientalem plagam. Dec est possessio filiorum gad per familias suas et ciuitates et ville eorum. Dedit et dimidie tribui manasse filijsque eius iuxta cognationes suas possessiones cuius hoc principium. Amanaim vniuersam basan: et cuncta regna og regis basan, omnesque vicos iahir que sunt in basan sexaginta oppida et dimidia parte galaad, et astaroth et edrai vrbes regni og in basan filijs machir filij manasse dimidie parte filiorum machir iuxta cognationes suas. Hanc possessionem diuisit moyses in campestribus moab trans iordanem contra hiericho ad orientalem plagam. Tribui autem leui non dedit possessionem, quoniam dominus deus israel: ipse est possessio eius vt locutus est illi.

C. S. De diuisione terre chanaan, de Ebron data Caleph. **Ca. XIII**

Hec est que possederunt filij israel in terra chanaan, quam dederunt eis eleazar sacerdos et iosue filius nunn: et principes familiarum per tribus israel, sorte omnia diuidentes, sicut precepat dominus in manu moysi noue tribubus et dimidie tribui manasse. Duabus enim tribubus et dimidie dederat moyses trans iordanem possessiones absque leuitis que nihil terre acceperunt in fratres suos, sed in eorum successerunt locum filij ioseph, in duas diuisi tribus.

manasse et effraim. nec acceperunt leuite aliam in fra-
 pte nisi vrbes ad habitandum et suburbana earum ad
 aliam iumentorum et pecora sua. Sicut preceperat dominus
 moysi. ita fecerunt filii israel et diuiserunt terram. Accessit
 ruit itaque filius iuda ad iosue in galgala. locutusque est
 ad eum caleph filius iephone cenezee. Nosti quod locu-
 turus sit dominus ad moysen hominem dei de me et te in ca-
 desbarne. Quadraginta annorum eram quando misit me
 moyses famulus domini de cadesbarne ut considerarem
 terram: nunciavique ei quod mihi videri videbatur. Fratres
 autem mei qui ascenderant mecum dissoluerunt cor populi: et
 nihilominus ego secutus sum dominum deum meum. Iuravit
 ergo moyses in die illo: dicens. Terra quam calcavit
 pes tuus erit possessio tua et filiorum tuorum. in eternum
 quia secutus es dominus deum tuum. Cessit ergo dominus vitam
 mihi sicut pollicitus est usque in presentem diem. Quadragin-
 ta et quinque anni sunt ex quibus locutus est dominus huic
 moysen quando ambulabat israel per solitudinem. hodie oc-
 toginta quinque annorum sum sic valens: ut eo valebas
 tempore quando ad explorandum missus sum. illi in me
 fortitudo usque hodie perseverat tam ad bellandum quam
 ad gradiendum. da ergo mihi motum istum quem pollici-
 tus est dominus tibi quod audieris in quibus enachi sunt. et
 vrbes magne atque munite: si forte sit dominus mecum et potu-
 ero delere eos sicut promisit mihi. Benedixitque ei
 iosue. et tradidit ei hebron in possessionem: atque ex
 eo fuit hebron caleph filio iephone cenezee usque
 in presentem diem. quia secutus est dominus deum israel. Nomen
 hebron ante vocabatur cariatbarbe. Ad autem maximus
 ibi iter enachim situs est. et terra cessavit a preliis.

L. S. De sorte iude de cariatbarbe. de qua ca-
 leph deleuit tres filios de cariatsepher quem ce-
 pit othoniel. et de Aya filia caleph. de numero
 civitatum et villarum iude tribus. **Ca. XV**

Istis foris filiorum iude per cognationes suas
 ista fuit. a termino edom usque ad desertum
 syn: in meridie et usque ad extremam partem au-
 stralis plage. Iniciu enim est a summitate maris sal-
 tissimi: et a lingua eius que respicit meridie egredie-
 turque in ascensum scorpionis et pertransit in syna. ascen-
 ditque in cadesbarne. et pervenit in esrom. ascendens
 ad darā et circumiens cariatbaa. atque inde pertransi-
 ens in asemona et perveniens ad torrentem egypti.
 eruntque termini eius mare magnū. Hic erit filius me-
 ridiane plage. Ab oriente vero erit initiu mare sal-
 tissimu usque ad extrema iordanis. et ea que respici-
 unt ad aquilonem a lingua maris usque ad eundem ior-
 danis fluvium. ascenditque terminus in bethagla. Et
 transiit ab aquilone in betharaba. ascendens ad la-
 pidem boem filii ruben. et tendens usque ad termi-
 nos debera de valle acchor in aquilonem respici-
 ens galgala que est ex adverso ascensionis ad omim
 ab australi parte torrentis. transiitque aquas que vocan-
 tur fons solis. et erunt exitus eius ad fontes rogel
 ascenditque per vallē filii emmon ex latere ebusi

ad meridiem. hec est hierusalem. et inde se erigens ad
 verticem montis que est contra gebennon ad occiden-
 tem in summitate vallis raphaim contra aquilonem
 pertransiitque a vertice montis usque ad fontem aquę nep-
 thoa. et pervenit usque ad vicos montis ephron. in-
 clinaturque in bala que est cariatthiarim. id est vrbs filia
 rui: et circumit de bala in occidentem usque ad montes
 seir. transiitque iuxta latem montis iarim ad aquilonem
 in cheslon. et descendit in bethsames transiitque in
 thana. et pervenit in aquilonem partem accaron ex late-
 re. inclinaturque secrona et transiit montem baala per-
 venitque in gebneel. et magni maris in occidentem
 fine concludit. Hi sunt termini filiorum iuda per circū-
 itum in cognationibus suis. Caleph vero filio iephone
 ne dedit partem in medio filiorum iuda. sicut preceperat
 ei dominus. cariattharbe partem enach. ipsa est hebron.
 deleuitque ex ea caleph tres filios enach: scesai et
 haymā. et tholmai de stirpe enach. atque inde con-
 scendens venit ad habitatores dahir que prius vocaba-
 tur cariatsepher. id est civitas lfay. Dixitque ca-
 leph. Qui percussit cariatsepher et cepit eam. da-
 bo ei uxorem filiam meam uxorem. Cepitque eam othoniel fi-
 lius cene frater caleph iunior. deditque ei uxorem fi-
 liam suam uxorem. Qui cum pgeret simul: suasa est viro
 suo. ut peteret a patre suo agrum suspiravitque ut se-
 debat in asino. Cui caleph. quid habes inquit? At il-
 la respondit. Da mihi benedictionem. Terram australem et
 arentem dedisti mihi: iuge et irrigua. Dedit itaque
 ei caleph irriguum superius et inferius. Hec est posses-
 sio tribus filiorum iuda per cognationes suas. erantque ci-
 vitates ab extremis partibus filiorum iuda iuxta termi-
 nos edom a meridie: cabseel et eder et iagur et ci-
 na et dimona et adada et cedes et asor et iethazi-
 phetelē et baloth asor noba et cariothiesron. hec
 est asor omāsame et meloda et asergadda. et asse-
 moth et bethseleth et asersual et bersabee et bazi-
 othia et abala et humesem et bethholad et erul et
 sarma et sicelech et medemena et sensenna leba-
 oth et selim et abemremon. omnes civitates viginti
 novę et ville earum. In capestribus vero estaol et sa-
 rea et asena et azone et engāniz et taphua et ena-
 ym et hierimothet adulāsocho et azecha et sariz
 et adithaym et gedera et gederothaim vrbes que
 tuordecim et ville earum. Sanan et adasa et magdal-
 gad deleā et masepha et iectel lachis et baschat
 et eglō tebbō et leemas et cethis et gideroth et
 bethdagon et neama et maceda: civitates sedeci
 et ville earum. Labana et ether et asan. icepta et es-
 na et nesib et ceyla et achzib et marsa. civitates
 novę et ville earum. Accaron cum vicis et villulis
 suis. Ab accaron usque ad mare omnia que vergunt ad
 azotum et viculos eius. Azotum cum vicis et villulis suis
 Baza cum vicis et villulis suis usque ad torrentem
 egypti. et mare magnū terminus eius. et in monte sa-
 mir et iecther et socchoth et edēna cariatsephena.

B
 C
 E
 D
 D
 A
 B
 A
 M

C
 D
 E
 F
 G
 H
 I
 J
 K
 L
 M
 N
 O
 P
 Q
 R
 S
 T
 U
 V
 W
 X
 Y
 Z

hec est dahir, anab et hitemo et anym gosen et o-
lon et gylo, ciuitates undecim et ville earum. Arab
et roma et esa et ianu et bethafua et afeca athma
tha et cariatparbe, hec est hebron et sior, ciuitates
noue et ville earum. Maon et charmel et ziph et lo-
che iczabel et uicada et zano accaym gabaa et
thana, ciuitates decem et ville earum. Alul et bethsor
et hedor mareth et bethanoth et helthecen, ciui-
tates sex et ville earum. Cariathbaal, hec est caria-
thiarim urbs siluarum et arebba, ciuitates due
et ville earum. In deserto betharaba meddyn et sa-
cha et nebsan, ciuitates salis. et engaddi, ciuita-
tes sex ville eorum. Sicut simul centum undecim. Je-
buseum autem habitatores hierusalē non potuerunt
filij iuda delere, habitauitque iebuseus cum filiis
iuda in hierusalē usque in presentem diem.

L.S. De sorte effraiz: et chananeo tributario
et chananeo habitauit iter filios effraiz sep̄ **XVI**

Quid dicitur quod sortis filiorum ioseph ab iordane
per hierico et ad aquas eius ab oriente so-
lito quod ascendit de hierico ad montem bet-
hel et egreditur de bethel iuxta: transitque terminum ar-
chiatharoth, et descendit ad occidentem iuxta ter-
minum iefleti usque ad terminos bethozō inferiori,
et gazer finiuntque regiones eius mari magno, pos-
sederuntque filij ioseph manasses et effraim. Et fa-
ctus est terminus filiorum effraim per cognationes su-
as, et possessio eorum per orientem astaroth addar us-
que bethoron superiorem, egrediunturque confinia in ma-
re. Macmetath vero aquilonem respicit et circuit
terminos per orientem in thanatheselo, et pertransit a
torrente ianoē, descenditque de ianoē in atharoth
et noaratha et puenit in hiericho, egrediturque ad
iordanem de taphua, pertransitque contra mare in val-
lem arudineti, suntque egressus eius in mare sal-
sissimum. Hec est possessio tribus filiorum effraim per
familias suas: urbesque sepe sunt filijs effraim
in medio possessionis filiorum manasse et ville ea-
rum. Et non interfecerunt filij effraim chananeum
quod habitabat in gazer, habitauitque chananeus in
medio effraim usque in diem hanc tributarius.

L.S. De sorte medie tribus Manasse, augmen-
tatio sortis filiarum Ioseph tribus Jude. **XVII**

Quid dicitur autem sortis tribui manasse, ipse enim
est primogenitus ioseph, machir primoge-
nito manasse patris galaad quod fuit vir pu-
gnatorum, habuitque possessionem galaad et basan et
reliquis filiorum manasse iuxta familias suas, filijs
abiezzer et filijs belech et filijs hesribel et filijs si-
chen et filijs epher et filijs semida. Isti sunt filij
manasse filij ioseph, mares per cognationes suas.
Salphaat vero filio epher filij galaad filij ma-
chir filij manasse non erant filij sed sole filie, quia ista
sunt nomina, maala et noa et egla et melcha et thersa.
Veneruntque in prospectu eleazari sacerdotis et iosue.

filij nun et principum dicentes. Dominus precepit per manum
moysi ut daret nobis possessio in medio fratrum nostrorum.
Deditque iuxta imperium domini possessiones in medio fra-
trum patris earum, et ceciderunt funiculi manasse decem
absque fra galaad et basan trans iordanem. Filie enim
manasse possederunt hereditatem in medio filiorum eius.
Terra autem galaad cecidit in sortem filiorum manasse
qui reliqui erant. Sicutque terminus manasse ab aser
machmata quod respicit sychem et egreditur ad dexte-
ram iuxta habitatores fontis taphue. Et enim in
sorte manasse ceciderat terra taphue que est iuxta
terminos manasse filiorum effraim. Descenditque ter-
minus vallis harudineti in meridiem torrentis cui-
tatum effraim, quod in medio sunt urbium manasse. Ter-
minus manasse ab aquilone torrentis et exitus eius per-
git ad mare, ita ut possessio effraim sit ab austro
et ab aquilone manasse, et utraque claudat mare:
et iungant sibi in tribu aser ab aquilone et in tribu ysa-
char ab oriente. Sicutque hereditas manasse in ysa-
char et in aser, bersan et viculi eius, et iebblaam cum
viculis suis, et habitatores dor cum oppidis suis, ha-
bitatores que endor cum viculis suis, silrque hitato-
res thenach cum viculis suis, et hitatores magedo
cum viculis suis, et tertio pars urbis nophech. Nec
potuerunt filij manasse has ciuitates subuere
sed cepit chananeo habitare in terra sua. Postquam autem
conualuerunt filij israel: subiecerunt chananeos et fe-
cerunt sibi tributarios nec interfecerunt eos. Locu-
ti sunt filij ioseph ad iosue: et dixerunt, Quare
dedisti mihi terram in possessionem sortis et funicu-
li unum, cum sim tante multitudinis et benedixerit mihi
dominus? Ad quos iosue ait, Si populus multus es: ascende
in filiam, et succide tibi spacia in terra pherezai et
raphaiz, quia angusta est tibi possessio montis effraiz.
Cui responderunt filij ioseph, Non poterimus ad mon-
tana conscendere cum ferreis curribus utantur chana-
nei quod habitant in terra campestri, in qua siti sunt
bersan cum viculis suis, et iczabel mediam possi-
dens vallē. Dixitque iosue ad domum ioseph et ef-
fraim et manasse, Populus multus es et magne forti-
tudinis, non habebis sortem unam, sed transibis ad
montem, et succides tibi atque purgabis ad habitam-
dum spacia et poteris ultra procedere cum subuer-
tis chananeum quem dicis ferreos habere currus
et esse fortissimum.

L.S. De missione ad scribendam terram septem
tribuum: et de sorte beniamin. **Ca. XVIII**

Congregati sunt omnes filij israel in sylo
ibi fixerunt tabernaculum testimonij, et
fuit eis terra subiecta, Remanserant autem
filiorum israel septem tribus: que necdum acceperant posses-
siones suas. Ad quos iosue ait, Usquequo marce-
tis ignauia, et non intratis ad possidendam terram quam
dominus deo patrum vestrorum dedit vobis? Eligite de singu-
lis tribubus ternos viros: ut mittam eos, et pergant

atq; circueant terrā. ⁊ describāt eā iuxta nūeruz
 vniuscuiusq; multitudinis ⁊ referātq; ad me qđ
 descripserint. Diuidite vob; terrā in septē partes
 Judas sit in terminis suis ab australi plaga et
 domus ioseph ab aquilonem: mediā iter hos terrā
 in septē ptes describite. ⁊ huc venietis ad me vt
 corā dño deo vřo mittā vob; hic sortē. qđ nō ē inf
 vos ps leuitay. s; sacerdotiū dñi est eoz heredi
 tas. **B** Ad autē ⁊ ruben ⁊ dimidia tribus manasse
 iā accepāt possessiōes suas trās iordanē ad ori
 entalē plagā qđ dedit eis moyses famulus dñi.
 Cūq; surrexissent viri ⁊ pgerēt ad describēdā ter
 rā pcepit eis iosue: dicens. Circuite terrā ⁊ de
 scribite eā: ⁊ reuertimini ad me vt hic corā dño
 deo vřo in sylo mittā vobis sortē. Itaq; p̄c̄r̄t
 ⁊ lustrantes eā in septē ptes diuiserūt scribētes in
 volumie. reuersiq; sūt ad iosue in castra sylo. Qui
 misit sortes corā dño in sylo diuisitq; trā filijs isrl
 in septē ptes. **E** Et ascēdit fors priā filioz beiamiz
 p familias suas. vt possiderēt terrā iter filios iu
 da ⁊ filios ioseph. **B** Sūitq; terminus eoz in aq̄lonē
 a iordane p̄gens iuxta lat⁹ hiericho septētriona
 lis plage. ⁊ inde p̄tra occidentē ad montana cō
 scendēs ⁊ pueniēs ad solitudinē bethauen atq;
 p̄trāsiens iuxta luzā ad meridiē. ip̄a ē bethel. de
 scenditq; in astaroth addar in montē qđ ē ad me
 ridiē bethoron inferioris. ⁊ inclināf circūiens in
 mare ad meridiē mōtis qđ respicit bethoron con
 tra africū. **E** Sūitq; exitus ei⁹ in cariatybaal: que
 vocat⁹ ⁊ cariatybarim vrbē filioz iuda. **B** Nec est
 plaga cōtra mare ad occidentē. **E** A meridie autē
 ex pte cariatybarim egredit⁹ termin⁹ in mare. ⁊ p
 uenit vsq; ad fontē aquay neythoa. Descēditq;
 in pte montis qđ respicit vallē filioz ennon ⁊ est
 cōtra septētrionalē plagā in extrema pte vallis
 raphaim. Descēditq; in gebennon. i. vallis enno
 iuxta latus iebusei ad austrū: ⁊ puenit ad fontē
 rogel trāsiens ad aquilonē. ⁊ egrediēs ad ense
 mes. i. fontē solis. ⁊ p̄transit vsq; ad tumulos qđ
 sunt e regione ascēsus ad omim. descēditq; ha
 benboem. i. lapidē boem filij rubē ⁊ p̄trāsit ex la
 tere aq̄lonis ad cāpestria. descēditq; in planitiē
 ⁊ p̄tergredit⁹ cōtra aq̄lonē bethagla. sūitq; exit⁹
 eius contra linguā maris salisissimi ab aq̄lone in
 fine iordanis ad australē plagā qđ est terminus
 illi⁹ ab oriente. **D** Nec est possessio filioz beniamiz
 per terminos suos in arcūitu ⁊ familias suas.
 Suerūtq; ciuitates eius hiericho ⁊ bethagla et
 vallis casis betharaba et samaraim et bethel et
 auim ⁊ affara ⁊ offoravilla hemona ⁊ offui ⁊ ga
 bee ciuitates duodecim ⁊ ville eay. **B** Babaon et
 rāma ⁊ beroth ⁊ mesphe caphara ⁊ amosa ⁊ re
 cem iarephel ⁊ tharela ⁊ sela belep ⁊ iebus qđ
 est hierusalē gabaad ⁊ cariaty. ciuitates q̄ttuor
 decim ⁊ ville eay. Suerūt oēs ciuitates vigintise;

Nec est possessio filioz beniamin iuxta fami
 lias suas.

Ca. XIX
 De assignatiōe sortis sex tribuū scz sy
 meon: zabulon. ysachar: aser: neptalim in medio
 filioz israel.

E Egredia est fors secūda filioz simeon
 per cognationes suas. sūitq; hereditas
 eoz in medio possessiōis filioz iuda. ber
 sabee et sabee et molada et aser sua baala et aser
 et beltholad bethularma et sicelech et bethmar
 chaboth et aser sua et bethlepaboth ⁊ saroben
 ciuitates tredecim ⁊ ville eay. **B** Aym ⁊ remon et
 atyar ⁊ asan. ciuitates q̄ttuor ⁊ ville eay. Om̄s
 viculi p circūitū vrbū istay vsq; ad balaad ber
 cameth in australē plagā. Suerūtq; omēs ciuita
 tes decē ⁊ septē. Nec est hereditas filioz simeon
 iuxta cognatiōes suas in possessione ⁊ funiculo
 filioz iuda. qđ maior erat. et idcirco filij simeon
 possederunt in medio hereditatis ei⁹. **E** Ceciditq;
 fors tertia filioz zabulon p cogatiōes suas. et
 fact⁹ est termin⁹ possessiōis filioz zabulon vsq;
 sarith. **B** Ascēditq; de mari et medalaa. et puenit in
 debbaseth vsq; ad torrentē qđ est in ieconan: et re
 uertit⁹ de sarith cōtra orientē in finē ceselech tha
 bor. ⁊ egredit⁹ ad dabereth. ascēditq; in iasie: ⁊ in
 de p̄transit vsq; ad orientalē plagā gethefer et
 thachasim. et egredit⁹ in remon amphar et noa.
 ⁊ circūit ad aq̄lonem ⁊ natban. **B** Sūitq; egressus
 ei⁹ vallis ieptabel et cathethet ⁊ naalol et sem
 ron et iedaba et bethleē. ciuitates duodeci ⁊ vil
 le eay. **E** Nec ē hereditas trib⁹ filioz zabulon per
 cognatiōes suas. vrbes ⁊ viculi eay. ysachar e
 gressa est fors q̄rta p cognatiōes suas. sūit itaq;
 eius hereditas iezeabel et casaloth et sunen et
 effraim et senon et naaroth et rabboth et cesien
 haemes ⁊ rameth ⁊ engāni et pennada ⁊ bethse
 ses. et peruenit terminus eius vsq; thabor et se
 fenna et bethsemes. **B** crātq; exit⁹ ei⁹ iordanis: ci
 uitates sedeci ⁊ ville eay. **E** Nec est possessio filio
 rū ysachar p cognatiōes suas. vrbes ⁊ viculi ea
 rū **E** Ceciditq; fors q̄nta tribui filioz aser p cogna
 tiōes suas. sūitq; termin⁹ eoz alchat ⁊ cali et be
 then et arab et elmelech et amaad et messal: et p
 uenit vsq; ad carmelū maris et syoz et labanath
 ac reuertit⁹ in orientē bethdagon: et p̄trāsit vsq;
 qđ zabulon et vallē ieptabel in aq̄lonē in beth
 meth et neiel. egrediturq; ad leuan cabul ⁊ acra
 et roob et amon et chana vsq; ad sidonē magnā
 reuertiturq; in hozma vsq; ad ciuitatē munitissi
 mā tyru ⁊ vsq; osam. eruntq; exit⁹ eius in mare
 de funiculo ac ziba ⁊ amma et afeg et roob. ciui
 tates viginti due et ville eay. **B** Nec est possessio fi
 lioz aser p cognatiōes suas. vrbesq; et viculi ea
 rum. **E** Filioz neptalim sexta pars cecidit per
 familias suas. et cepit termin⁹ de beleb ⁊ belon